Theo: de Mayerne Eques Auratus,
Baro Albonæ in Aula Magnæ Regis Britannia
Archiatrorum Comes. Anno Ætatis 82.

W. Elder sculp:

Theo: de Mayerne Eques Auratus,
Baro Albonæ in Aula Magnæ Regis Britannia
Archiatrorum Comes. Anno Ætatis 82.

W. Elder sculp:

PRAXEOS
MAYERNIANÆ

EX

Adversariis, Consiliis ac *Epistolis* ejus
summâ curâ ac diligentiâ
concinnatum

SYNTAGMA
ALTERUM,

Quatuor Tractatus continens: *viz.*

I. De Febribus.
II. De Morbis Externis.
III. De Arthritide.
IV. De Lue Venerea.

8° L. 65. Med

LONDINI,

Impensis *Sam. Smith* & *Benj. Walford* Regiæ Societatis Typographorum ad Insignia Principis in Cœmeterio D. Pauli. 1696.

Præfatio ad Lectorem.

QVinq; circiter abhinc annis Praxeos Mayernianæ in Morbis internis, præcipuè Chronicis, edebatur Syntagma, quo Editores fidem dederunt, se Volumen ſecundum ejuſdem Praxeos in Febribus, Morbis externis, Lue Venerea, &c. brevi conflaturos ac typis mandaturos, ſi primum illud nec ingratum, nec inutile Lectoribus videretur. Promiſſi haud immemores en (Lector) nunc demum fidem ſuam ſolvunt. Dolet autem illis ſe iſtam non priùs liberâſſe, cum ob moras quas nexuerunt, ex parte mutilum prodeat hoc Syntagma. Cùm manus enim ultima huic nondum admota fuiſſet, en! Theodorus Devaux penes quem erant omnia Authoris noſtri Adverſaria, Conſilia, &c. morte repentinâ de medio tollebatur, unde eadem conſulendi ulterior copia adempta fuit. Inter alia autem deerat Mayernij Pharmacopœia, è qua Medicamentorum formulæ ſibi propriæ (ſparſim in hoc volumine occurrentes) depromendæ erant. Notantur quidem aſteriſco, & manu in margine affixâ, at non, ut in tractatu priori, calci hujus ſubnectuntur. Numerum verò duodenarium cùm non ſuperent, (ac ex his duas ſaltem in tractatu dicto deſcriptas reperire ſit) huic Libro à Lectore haud magno, ſperatur, dabitur vitio, formulas iſtas deſiderari.

De Cl. Theodoro Mayernio (Authore noſtro) conſulatur Præloquium Volumini primo à doctiſſ.

D. Charltono præfixum: De Libro isthoc, hæc pauca accipe.

Mayernio solenne fuit Præscriptorum plerorumq; suorum (ad morbos præcipuè graviores & Chronicos) Apographa recondere, quibus Ægri nomen, morbus *(cum symptomatis adjunctis)* tempúsq; *consilii describuntur; posteáq;* medicamenta *in ordine illo quo indies exhibebantur.*

Apographorum hujusmodi volumina multa congessit, quorum exemplaria exscripserunt ejus discipuli, *præcipuè verò* Theodorus Devaux, *(supra laudatus) Mayernij per plures annos domesticus, qui operi huic exscriptorio plurimùm insudavit; Ectypáq; & à se & ab alijs descripta, ut autographis responderent, curam maximam adhibuit.*

Hic opera hæc posthuma edendi cupidus, Exemplaria pleraq; dicta (ut & Epistolas ac Consilia haud pauca) quibusdam Coll. Med. Lond. Sociis *commisit, ut Analecta quædam inde componerent ederéntq;. Hi precibus ejus morem gerentes,* Praxeos Mayernianæ Syntagma *ex hisce collectum haud ita pridem edidêre: Quod nunc ab* altero *excipitur, ex consimili materia congesto. Digno sanè qui non solùm à Medicis, verùm & à Chirurgis studiosè percurratur.*

Si quid deliquerint Editores, vel erraverit Typographus, pro humanitate tuâ ignoscas, Lector, & Valeas.

INDEX

INDEX
Tractatuum & Capitum.

TRACT. I.
De Febribus.

CAP. I. *De Febre continua putrida* pag. 3
II. *De Febre maligna* 9
III. *De Peſte* 15
IV. *De Febribus intermittentibus* 37

TRACT. II.
De Morbis externis.

CAP. I. *De Colica, præſertim bilioſa* 57
II. *De Enterocele* 63
III. *De Sarcocele* 65
IV. *De procidentia Ani* 69
V. *De ulcere ab Urethra in anum pervio* 72
VI. *De varice in utroq; Teſticulo* 74
VII. *De Mammarum cancro ulcerato* 75
VIII. *De Bronchocele* 82

IX. *De*

INDEX.

IX. *De Rachitide* pag. 86
X. *Ad Gangrænam varia remedia* 88
XI. *Varia remedia ad Ulcera* 90
XII. *De morsu Canis rabidi* 98
XIII. *De Sanguinis depuratione* 102
XIV. *De Faciei rubore* 107
XV. *De phlegmate salso, & tuberculis Faciei* 111
XVI. *De Faciei & cutis maculis & asperitate* 115
XVII. *De Tinea* 124
XVIII. *De Unguium deciduorum fragilitate, Lepræ specie* 134
XIX. *De Psora, Lepra & Elephantiasi* 138
XX. *De Herpete* 147
XXI. *De pruritu in genere & Impetigine* 153
XXII. *De pruritu Ani, Testiculorum & Vulvæ in specie* 156

TRACT.

INDEX.

TRACT. III.

De Arthritide. pag. 163

TRACT. IV.

De Lue Venerea.

PROLEGOMENA 193
CAP. I. *Luis Venereæ (recens) conceptæ ſigna & ſymptomata* 216
II. *De Luis Venereæ curatione generali* 218
III. *De Gonorrhœa* 230
IV. *De Pudendi carie vel ulceribus, & Bubone* 241
V. *De Caruncula in Urethra curatione* 247
VI. *De inveteratæ ſive confirmatæ Luis ſymptomatum graviorum, viz.* Ozænæ, faucium *aut* palati ulceris, oſſium (palati, *&c.*) cariei, Nodorum & tinnitûs Aurium *ac* ſurditatis *curatione* 261

Erratum.

Pag. 75. lin. 1. lege *De Mammarum Cancro ulcerato.*

Librum

Librum hunc cui Titulus Praxeos *Mayernianæ*, Syntagma Alterum dignum judicamus, qui Imprimatur

Dat. in Comitiis Censoriis ex Ædibus Collegii nostri *Aug.* 2. 1695.

Johannes Lawson, Præses.
Samuel Collins,
Rich. Torless,
Edw. Tyson,
Martin Lister,
} Censores.

TRACTATUS
DE
FEBRIBUS.

TRACTATUS DE FEBRIBUS.

CAP. I.

De Febre continua putrida.

Febrifuga omnia in ſpiritus à præternaturali ſulphure accenſos agunt, vel incendium frigidâ & humidâ qualitate extinguendo, vel eoſdem ſpiritus coagulando, vel ignem in corde & arteriis tumultuantem vi diaphoreticâ diſſipando. Spiritus porrò duplices ſunt, naturales videlicet, qui corpori noſtro ſunt proprii; vel adventitii, qui à fomite febrifico exhalant planè ſulphurei, quos pro febris cauſa habeo: Naturalibus contemperatio, ad ſtatum priſtinum reductio, & inſtauratio debetur; ſylveſtribus & extraneis coagulatio, diſſipatio, & extinctio. Poſtrema hæc ſi præſtita fuerint, facilè poſtea excludetur ipſorum caput mortuum, ſive per vomitum, ſive per ſeceſſum, ſive aliâ quàcunq; convenienti viâ. Non verò in iſtis evacuationibus, ut neq; in venæſectione propriè conſiſtit febri- *Febrifuga quomodo juvant.*

um curatio, quæ licèt aliquando longo temporis tractu hiſce remediis cedant, id per accidens ſuccedere poteſt, vel quia certus eſt materiæ ad iſtas exhalationes ſulphureas producendas terminus, quoad ejus actionem, ad quem terminum quum pervenerit, conſumptis per incendium ſpiritibus, ceſſat febris, & natura hoſte liberata fæces reſtibiles per proxima aut commodiſſima emiſſaria excludit, (quam nos Criſim vocamus) vel forſan quia datis ſpiraculis per apertionem venæ, vomitûs provocationem, purgationem, ſudoris excitationem, unà cum parte materiæ ſpiritus ſulphureos producentis, magna portio horum ſpirituum accenſorum exhalat, ut in fornacibus ignis, quando ventilia omnia aperta relinquuntur.

Refrigerantia. *Refrigerant* & incendium extinguunt,

Alumen. 1. *Alumen* per ſe, præcipuè ſi coctione maturatum dulceſcat, & à portione admodum ſtyptica ſeparetur, quæ in calido coagulatur, magnámq; habet acrimoniam; refrigerans pars verò concreſcit longo dierum decurſu in frigido, éſtq; admodum cryſtallina & diaphana. Hujus Phlegma, cryſtalli dulces in conſerva, ſyrupo aut aqua febrifuga exhiberi poſſunt, ut quoq; magiſteria per alumen præcipitata: imo quocunq; modo exhibitum prodeſt.

Nitrum. 2. *Nitrum* ſeu ſal Petræ depuratum & cryſtallizatum vel in lapidem prunellæ cum flore ſulphuris reductum, ſi cum ptiſana, cereviſia tenui, aut aqua fontana propinetur; materiam enim febrificam copiosè per urinas expellit:

expellit: majoris autem virtutis erit, ſi cum tertia aut quarta aluminis præparetur parte, præcipuè ſi alumen fuerit prius dulcificatum ut ſuprá.

3. *Saccharum Saturni* in conſerva violar. aut roſar. exhibitum à gr. xij. ad xxx. *Sacch. Saturni.*

4. *Acetum antimonii*, in epithematibus, & epicarpiis uſurpatum. Ejus præparationem vide apud Baſilium Valentinum in curru triumphali Antimonii. Fronti quoq; & temporibus in magnis capitis doloribus adhiberi poteſt. *Acetum antimonii.*

5. *Cryſtallus*, qui refrigerat & bilis acrimoniam retundit, unde in dyſenteria & diarrhœa bilioſa utiliter uſurpatur. Sumatur autem cryſtallus rupeus ſummè diaphanus, & multiplici extinctione in aqua ſeu phlegmate aluminis calcinetur, tandem terendo in porphyrite in alcohol reducatur. *Cryſtallus.*

6. *Phlegma vitrioli* & *aluminis* in julepis exhibitum. *Phlegma vitriol. & alum.*

7. *Aqua ſpermatis ranarum* ſpecificum refrigerans, & ſanguinem ſiſtens. *Aq. ſperm. ranar.*

8. *Aqua pura* frigidiſſima largiùs pota cum lapide prunellæ aut ſpiritibus acidis. *Aqua pura.*

Spiritus accenſos *coagulant*, *Coagulantia.*

1. *Alumen* dulcificatum aut crudum. *Alumen.*

2. *Lapis prunellæ* cum alumine præparatus. *Lapis prunel.*

3. *Spiritus vitrioli* philoſophicus, ex præcipitatione mercurii vitæ reſtibilis. *Sp. vitriol.*

4. *Saccharum Saturni*, & *oleum vitrioli*. *Sacch. Sat. & Ol. vitr.*

5. *Oleum ſulphuris*, *Spiritus ſalis*, *Spiritus* & *Oleum Saturni*. *Ol. ſulph. &c.*

Acida, &c. 6. *Acida* quæ ſalis fuliginoſi armoniaci (id eſt bilis flavæ) amaritudinem extinguunt.

Opiata. 7. *Opiata*, ut Laudanum, & ſimilia, quæ impetum ſpirituum accenſorum ſiſtunt.

Diſſipantia. *Diſſipant* materiam febrificam, & accenſum ſulphur digerunt in halitus Diaphoretica, ut

Antimon. Diaphoret. 1. *Diaphoreticum antimonii* vulgare vel magiſtrale Hartmanni aut Crollii, quod eſt mercurius vitæ per ſpiritum nitri fixatus, addito vel omiſſo auro. Doſis ad 3j. exhibit. per ſe, aut cum magiſteriis perlar. coral. rubr. ocul. cancr. corn. cerv. calcinat. & lapide bezoar. admiſt. Doſis Diaphoretici magiſtralis eſt à gr. x. ad xv. per ſe aut cum lap. bezoard. perl. corall. rad. contrayerv. aut corn. cerv. calcinat. commiſt.

Bezoar animale. 2. *Bezoar animale* compoſitum, quod eſt miſtura ex æquis partibus diaphoretici vulg. & corn. cerv. calcinat. excepta cum ſyrupo de acetoſitate citri. Item *flores antimonii* per ſe ſine ulla additione in reverberatorio clauſo continuitate caloris fixati. Doſis à gr. xij. ad xv.

Mitul.mar. Conchæ lac. Mat. perl. 3. *Mituli marini*, *Conchæ lacuſtres*, *Mater perlarum*, omnia calcinata aut potiùs in aceto priùs macerata, & poſtea tenuiſſimè pulverizata. Doſis 3j. in aqua aliqua febrifuga ad ſudores excitandos.

Oculi canc. 4. *Oculi cancrorum* in aceto ſtillatitio ſoluti & cum alumine præcipitati.

Perlar. magiſter. 5. *Perlæ* eodem modo præparatæ, aut cum ſpiritu ſalis marini in magiſterium reduci poſſunt, & dein in liquorem ſeu oleum.

6. *Chelarum*

6. *Chelarum cancrorum* marinorum majorum extremitates lapideæ nigræ eodem modo præparatæ. *Chel. cancr.*

7. *Cornu Cervi* uſtum per ſe aut cum ſpiritu vitrioli acidulatum. *C.C.uſtum.*

8. *Aurum fulminans.* Doſis gr. ij. iij. aut iv. cum theriaca, mithridatio aut diaſcord. commiſtum. In intermittentibus paulò ante paroxyſmum exhibeatur, in continuis inſtante criſi. *Aurum fulminans.*

9. *Bezoar* orientale & occidentale, Lapis & Radix contrayervæ. *Bezoar. Rad. contrayerv.*

10. *Sales* abſinthii, centaurii minoris, impetoriæ, cardui benedicti, artemiſiæ, verbenæ, è quibus in cella ſolutis vel in aqua tepida in veſica bubula cum oleo vitrioli fieri poteſt ſal ſeu magiſterium inſtar tartari vitriolati. Propinabuntur utiliter cum phlegmate aluminis in aliqua febre. *Sal. vegetabil.*

11. *Febrifugum Crollii* ſequens. ℞ ol. vitriol. ℈j. ſal. abſinth. ʒſs. aq. cichor. ʒj. Mſ. f. Hauſtus dandus in lecto ad ſudores excitandos. *Febrifug. Crollii.*

12. *Aquæ* febrifugæ ſpecificæ ex aſtacis fluviatilibus, artemiſia, verbena, centaur. min. phlegmate vitrioli & aluminis, ſpiritu vitrioli vulg. & philoſophici, ſpiritu ſalis, *&c.* *Aquæ.*

13. *Epicarpia* non ſunt omnino vana, quorum vis per arterias ad cor facillimè permeat, præſertim ſi recipiant mercurium crudum & camphoram. Aut fiant ex allio, ſale marino & pipere, & digito minimo applicentur. *Epicarpia.*

Instaurantia. *Instaurant* spiritus, erigunt atque recreant,

Cardiaca. 1. *Cardiaca*, præsertim ea quæ carent impenso gradu caliditatis, quæ cordi amica æstum restinguunt.

Bezoar, &c. 2. *Bezoar*, *contrayerva*, *margaritæ*, *oculi cancrorum*, *corallium*, *chelæ cancrorum*, &c.

Aquæ & Spiritus, &c. 3. *Aquæ* post fermentationem extractæ *spiritibus* prægnantes, rosarum, ulmariæ, cardui benedicti, *&c.*

Compositio *febrifugi* sive Antipyretici *nostri* specifici hæc est.

Pulvis Antifebrilis. ℞ dulced. aluminis, chelar. cancr. marin. idoneâ tempestate captat. matris perlar. præparat. lapid. prunel. cum alumine præparat. ana ℈j. pro una dosi. Huic addi potest Diaphoreticum vulgare aut magistrale, lap. bezoar, contrayerv. & aurum fulminans ad aliquot grana.

Venæsectio. Quoad universalia conveniunt *Venæsectio* in corporibus plethoricis & sanguineis statim ab initio, quæ tamen provecto morbo vires plerumq; prosternit. In quibusdam tamen repeti potest juxta febris intentionem & laborantis vires.

Purgatio. *Purgatio* in initio lenis institui potest in corporibus cacochymicis; in declinatione sit fortior.

Decoctum glycyrrhiz. Hispan. cum infusione fol. sennæ alvum leniter gradatim solvit, hâsq; febres, si non sint admodum acutæ, sæpissimè tollit: proportio sit ℥iij. aut ℥ß. sennæ

ſennæ ad ℔iiij. decocti, ex quo liberè bibat æger.

Clyſteres injiciantur ſæpiùs, ſi alvus ſit aſtricta. *Clyſteres.*

Hirudines quoq;, veſicatoria, cucurbitulæ, *&c.* ſi opus fuerit, uſurpari poſſunt. *Externa.*

Quoad Remediorum formulas, conſulantur Authores, quæ pro re nata & ægrorum mente componi poſſunt.

CAP. II.

De Febre Maligna.

Phlebotomia ſit rara, aut ſaltem admodum parca, niſi in valde plethoricis, idq; ſtatim ab initio. *Phlebotomia.*

Purgatio vel ante quintam diem fiat lenis, aut planè omittatur, donec malum deſævierit. *Purgatio.*

Enemata ſint crebra, & diverſa in conſtipatis ab iis quæ diarrhœâ vel dyſenteriâ laborantibus adhibentur. *Enemata.*

Quando *furunt*, bile ſurſum raptâ in cerebrum, fiat revulſio, derivatióq; per enemata, apertionem ſaphœnæ, cucurbitulas cum ſcarificatione ad tibias poſteriores, coxas, nates, lumbos, ſcapulas; per veſicatoria brachiis, nuchæ colli, carpis, tibiis, *&c.* applicata, & per Emplaſtra aut *Cataplaſmata* plantis pedum applicata. E. g. *In furore.*

℞ pulv.

Cataplaſm. ad pedes. ℞ pulv. rad. raph. ruſtic. & bryon. utr. ana ℥ij. ſem. naſturt. hort. ℥j. gran. parad. ℥ſ. ſal. marin. ℥iij. mixta irror. aceto fortiſſ. & excipiant. ſ. q. ſapon. liquid. f. veluti *Cataplaſm.* applicand. plantis pedum è ſtuppis pexis calid. circa horam octavam nocturn. Vel ℞ ſapon. nigr. ℥iiij. ſal. marin. ℥j. pulv. flor. chamomil. ſambuc. betonic. ana ℥ſ. farin. lupinor. & fœnugr. ſem. cumin. pulv. ana ℥v. f. *Cataplaſm.* Vel

℞ Ferment. acr. ℥ij. ſapon. nig. ℥iij. halec. ſalit. maj. nº j. terantur opt. in mortar. lapid. addendo ſal. marin. ℥iij. vitel. ovor. nº ij. acet. acerrim. cochl. ij. farin. ſecal. q. ſ. Mſ. f. *Cataplaſma* plantis pedum applicandum. Aut

℞ ſem. hyoſcyam. ℥ij. amygd. dulc. ℥iv. terantur in mortario, affundend. ſenſim aq. roſ. plantag. ana cyath. ſemis. f. Pulticula cum linteis carpis, plantis pedum & hepatis regioni applicand.

Perpetui ſint Medici in uſu Cardiacorum & Alexipharmacorum.

Materia medica. *Materia* ad Formulas varias Febrifugi ſpecifici ſunt ſequentia.

Bezoar utrumq;.

Cochinilla.

Calx vel flores Jovis.

Oculi cancror.

Corn. Cerv. præparat. cum ol. ſulphuris aut aceto.

Liquor ſal. tartar.

Antimon. diaphoret. Hartman.

Mercurius diaphoretic.

Rad.

Rad. contrayerv. ſerpentar. Virgin. valerian. hortenſ. tormentil. petaſit. ſcorzoner. carlin. angelic. imperator. valerian. ſylveſtr. dictamn. zedoar. *&c.*

Fol. ſcord. rut. ulmar. ſcabioſ. dictamn. Cret. card. benedict.

Flor. calend. geniſt. hyperic. croc. *&c.* Ex his variæ formulæ pro re nata concinnari poſſunt.

Compoſita ſunt Theriaca, Mithridatium, Diaſcordium, Confect. alkerm. Pulveres cardiaci magiſtrales, ut Pulv. è chel. cancror. comp. bezoart. Lap. Goæ, Aquæ omnes alexipharm. ut epidem. theriacal. mirab. Stephan. bezoart. cœleſtis, protheriacal. petaſit. *&c.*

Julapium fieri poteſt hujuſmodi.

℞ pomor. redolent. per fruſta ſect. cum cortic. no. iij. raſur. corn. cerv. rec. ℥j. ſem. napi ℥ſſ. Coq., & Colaturæ ℔jſſ. adde ſyrup. lujul. ℥iij. ſucc. limon. q. ſ. ad inſignem aciditatem. Mſ. f. *Julapium.* *Julapium.*

Aut parum *Pulveris* ſequentis in cereviſia diſſolvi poteſt.

℞ Lap. prunel. ℥j. ſacchar. alb. ℥vj. Mſ. f. *Pulvis.* *Pulvis ad ſitim.*

℞ Ecchii totius, borag. bugloſ. ulmar. ana m. j. flor. cordial. p. iij. raſur. corn. cerv. ℥j. Coq. in aq. f. q. ſ. ad ℔jſſ. Colaturæ adde ſyrup. de limon. de oxytriphyll. ana ℥iij. ſpir. vitriol. q. ſ. ad gratam aciditatem. Mſ. f. *Apozema* pro quatuor doſibus. *Apozema.*

Vel ℞ rad. ſcorzoner. Hiſp. ℥ij. rad. bardan. & petaſit, ana ℥j. rad. tormentil. ℥vj. raſ. corn. *Aliud.*

corn. cerv. lentium excort. ana ℥v. gum. lacc. ℥ſſ. fol. ſcabioſ. ulmar. ana m. ij. ſcord. m.ſſ. flor. nenuph. p.iv. flor. calend. p.iij. prun. Brignol. par. xij. cortic. pomor. redol. m.jſſ. f. omnium decoct. in aq. hord. & colat. in qua clarificat. & reduct. ad ℔jſſ. diſſolv. ſyr. de lujula & de acetoſit. citr. ana ℥ij. Mſ. f. *Apozema* pro quatuor doſibus.

Hauſtus paregoricus. ℞ diaſcord. Fracaſtor. ℈iv. cochinil. gr. x. lap. bezoar. orient. rad. contrayerv. ana gr.v. aq. card. benedict. & ulmar. ana ℥jſſ. ſyr. de lujula ℥j. ſucc. citri q. ſ. ad levem aciditatem. Mſ. f. *Hauſtus* dandus horâ ſomni.

Optimus eſt *Pulvis* ſequens *antifebrilis.*

Pulvis Antifebrilis. ℞ lap. contrayerv. gr. xxv. rad. ſerpentar. Virginian. pulv. gr. xij. Mſ. & exhibeatur è cochl. j. Julap. cardiac. ſuperbibendo hauſtum ex aq. card. bened. & ulmar. ana ℥jſſ. ſyrup. de acetoſ. citr. & lujul. ana ℥iij. Mſ. Huic quoq; addi poſſunt margarit. coral. præparat. lap. bezoar. confect. de hyacinth. *&c.* Repetatur hic *Pulvis* quartâ quâq; horâ donec eliciantur ſudores.

Si adſit diarrhœa, addi poſſunt bol. Armen. terra Lemn. ſigillat. diaſcord. conſerv. roſ. theriac. & ſimilia; unde fieri poteſt bolus, cui Laudanum quoq; Londinenſ. aut liquidum addi poteſt.

Si *lingua* ſit arida & ſcabra, aut *aphthæ* in ore conſpiciuntur, convenit *Collutio* ſequens.

Oris Collutio in aphthis, &c. ℞ fol. ſcabioſ. trachelii, plantag. ana m.j. tamarind. ℥ſſ. hord. mund. p.ij. Coq. in aq. font. ℔ij. ad med. Colaturæ adde vin. Rhenan. ℥ij. diamor. ℥j. Mſ. f. *Collutio.*

Aut

Aut ℞ ſucc. ſemperviv. maj. depurat. per reſidentiam ℥vj. ſacch. albiſſ. ℥iv. lap. prunel. ℥ſſ. Coq. in ſyrupum: ſumat cochl. j. & diu in ore teneat, aut utatur cum julapio. Vel

℞ hordei integr. p. ij. fol. plantag. piloſel. caprifol. ana m.j. roſ. rub. p.jſſ. jujubar. par.v. f. decoctio & colat. in cujus ℔ij. diſſolve ſyrup. de agreſta, diamoron ana ℥ij. ſucc. limon. q. ſ. ad levem aciditatem. Mſ. pro *Collutione* oris gargarizando, vel injectione per ſyphonem. Vel

℞ ſucc. ſemperviv. maj. ℥ij. ſucc. limon. ℥ſſ. mucilag. ſem. pſyll. & cydonior. extr. in aq. roſ. ℥iij. Mſ. pro ablutione oris & ling. fricando linteo mundo alligato bacillo, ídq; poſt injectionem factam cum decocto præſcripto. Poſt iſta exhibeatur ſyrupus ex albumin. ovi & ſacch. cryſt. ſubinde deglutiendo è cochlear.

Brodium ſequens tutò, immo utiliter ad humores attemperandos frequenter uſurpari poteſt. *Fuſculum.*

℞ rad. gramin. fœnic. aſparag. ana ℥j. raſur. corn. cerv. ebor. ana ℥ſſ. uvar. Corinthiac. paſſul. mundat. ana cochl. j. cappar. à ſale depurat. ℥v. Includantur omnia in ventre junioris galli, qui conſutus elixetur cum fruſto carnis vitulin. addendo ſub finem coctionis fol. oxytriphyll. borag. bugloſ. oxalid. agrimon. ana m. ſſ. adianth. polytrich. ling. cervin. ſalv. vitæ ana p.j. flor. calend. p. ij. ſummit. ecchii p. iiij. reduc ad quantit. ℔iij. pro ſex brodiis bis in die ſumend. addendo mixturæ ſequentis q. ſ. ad gratam aciditatem.

℞ aq.

℞ aq. bugloſſ. pom. redol. ana ℥ij. ſpir. ſulph. ℥ij. Mſ.

Cordi & *Carpis Epithema* ſequens applicari poteſt.

Epithema. ℞ theriac. vet. ℥ſſ. cortic. citr. rec. ℥j. conſerv. roſ. rubr. ℥j. confect. alkerm. ℥ij. pulv. elect. triaſant. diamarg. frig. & aromat. roſat. ana ℥jſſ. camph. gr. iij. vin. Hiſpan. acet. roſ. ana ℥ſſ. Mſ. f. *Epithema.* Vel

Aliud. ℞ conſerv. roſ. rubr. & flor. vetonic. rubr. ana ℥j. cortic. citr. recent. ℥ij. confect. alkermes ℥ſſ. pulv. ſubt. meliſſ. ℥iij. pulv. * Elect. de gemmis ℥jſſ. ſpecier. diambr. ℥j. Miſceantur omnia exactè, & affuſo aceti ſambucini momento f. *Epithema* ſolidum applicandum regioni cordis è panno coccineo imbuto aq. roſar. & flor. aurantior. & aceto roſaceo.

Si *Capitis* dolor multùm urgeat, *fronti* & *temporibus* adhibeatur *Frontale* ſequens.

Frontale. ℞ fol. betonic. p.ij. roſ. rub. p.iij. nenuphar. primul. ver. ana p. j. amygd. amar. conciſ. nº iv. nuc. moſchat. ℥ſſ. Includantur omnia linteo duplici, mſ. f. *Frontale*, quod humectetur oxyrrhodino, aut vapore aceti roſ. in laminam candentem. Huic addi poſſunt conſerv. betonic. paralyſ. & papav. rhœad. ut quoq; unguent. popul. Vel

℞ conſ. roſ. rub. & flor. roriſmar. ana ℥j. pulv. ſubtiliſſ. beton. ℥ſſ. amygd. amarar. contuſ. par. iiij. nuc. moſch. ℥ſſ. ung. de Alabaſtr. lot. in aq. ſtillat. beton. ℥v. Mſ. pro *Frontali.*

CAP.

CAP. III.

De Peſte.

HUjus Morbi curatio in duas partes dividitur, quarum una continet *præſervationem* illorum qui eo nondum correpti ſunt; altera *curationem* actu ægrotantium.

Quoad partem *prophylacticam* ſeu *præſervatoriam*, *Diæta* exacta eſt inſtituenda, & humores vitioſi ſunt corrigendi, & cauſæ externæ ſunt evitandæ. *Prophylaxis.*

Primò *Aër* externus eſt corrigendus ignibus luculentis & *ſuffumigiis*. *Aer.*

℞ rad. angelic. imperator. enul. cyper. rotund. lign. Rhod. ana ℥ij. raſur. junip. noſtrat. & Virginian. ana ℥j. zedoar. galang. ana ℥ſs. fol. ſiccor. ocym. caryoph. laur. majoran. roriſm. abrot. utriuſq; conciſ. ana m.vj. ſummit. rut. m.ſs. flor. lavend. ſambuc. roſ. rubr. chamæm. nobil. ana m.jſs. cort. citr. fragr. ℥jſs. caryoph. ℥ſs. Hiſce omnibus conciſis affunde aq. roſ. fragrant. ℔iv. aq. flor. aurant. ℔iij. acet. vin. alb. acerrim. ℔j. Stent continuò in infuſione. Uſûs tempore pars hujus liquoris effundatur in patellam candentem & excitetur *vapor* pro re nata. Sed hæc pro divitibus. *Suffitus humidus.*

Suffitus ſiccus fieri poteſt hujuſmodi.

℞ thur. ℔j. maſtich. ſandarach. ana ℔ſs. gum. guaiac. carann. animæ, myrrh. ſuccin. benzoin. *Suffitus ſiccus.*

benzoin. ana ℥iv. camphor. ℥j. fol. & cortic. laur. cortic. ſaſſafr. calami arom. lign. Rhod. ana ℥jſ℔. cinamom. caryophyll. ana ℥j. F. omnium pulvis craſſiuſculus, cujus ℥j. aut altera ſingulis vicibus abſumatur.

Pro pauperibus fiant *Suffitus liquidi* ex aceto calendulato, ſambucino, aut theriacali. *Sicci* fiant è baccis juniperi, lauri, caryophyllis, thure, benzoin. ſtyrace, *&c.*

Avellanæ. *Avellanæ* plures repleantur hydrargyro, foramen exactiſſimè claudatur ſubere vel alio obturamento, includantur reticulo, & annexâ fibulâ loro ſerico ſuſpendantur ex collo, ita ut attingant ferè cartilaginem enſiformem ſuper nudam cutem.

Paſtilli pro corde. *Paſtilli* quoq; hujuſmodi ſindone coccineâ conſuti annexâ fibulâ, injectóq; loro ſericò pendeant continnò ex collo, & geſtentur ad regionem cordis.

℞ pulveris Cyprii Monſpelienſ. ℥ſ℔. pulv. violac. ℥j. rad. ſiccar. enul. cyper. rotund. fragrant. angelic. contrayerv. viper. Virginian. in acet. roſ. macerat. & ſiccat. ana ℥iijſ℔. lign. Rhod. aloës, ſantal. citrin. cedr. ſeu junip. Virginian. ana ℥iij. flaved. citr. aurant. debitè ſiccat. flor. lavend. ana ℥ſ℔. cinamom. vulg. inter. cortic. Winteran. caryophyll. ana ℥ij. partis alb. benzoin. ℥vj. myrrh. ſuccin. ana ℥v. Omnia ſicciſſima reducantur in Alcohol, & excipiantur cum q. ſ. balſam. Peruv. nigr. & gum. carann. fragrant. cum liquid. ambr. emollit. ℥j. F. paſta, cui addi poſſunt ambr. griſ. ℥ſ℔. moſch. orient. ℈ſ℔. cinnab. in alcohol trit. ℥iij. camph. ℥j. Ex hac

hac paſta duriuſcula formetur *paſtillus* ſatis ſpiſſus, habens figuram cordis, habens duos pollices in diametro, ſuſpendendus ut ſuprá.

Trochiſci quoq; *hypoglottides* ſequentes ſemper in ore teneantur ſenſim deglutiendo.

℞ Rad. angelic. ℥ij. zedoar. ℥i. contrayerv. ℥ſs. cornu cerv. uſt. præp. ℥iij. magiſt. perlar. coral. rub. chel. nigr. cancror. marin. oculor. cancr. ana ℈ijſs. moſch. orient. ℈ſs. ſacch. cryſtall. triplum pondus omnium. F. pulvis ſubtilis excipiend. mucag. gum. tragac. F. Paſta, ex qua formentur *Trochiſci* ad uſum prædictum. His addi poſſunt pulv. è chel. cancr. comp. & bezoar. cervin. cum ol. ſulph. præparat. ut quoq; bezoar orientalis & occidentalis. *Trochiſci hypoglottides.*

Ad *Præcautionem* multùm prodeſt *Mummia Viperina* hujuſmodi.

℞ corpora Viperar. idoneo tempore capt. & ut decet interfectar. integra ſiccat. & pulverizat. nº xij. cord. & hepat. viperar. ana nº 50. Si viperæ deſint, poſſunt ſumi ſerpentes colubri, minùs tamen efficaces; pulveri tenui inſtilletur ea quantitas olei ſulph. vel ſpiritûs vitriol. antimonialis quæ ſufficiat ad macerationem; poterit ſingulorum iſtorum liquorum ſumi ℥j. F. maceratio per hor. 24. ut liquores acidi penetrent carnes, eáſq; veluti in pultem redigant: poſt iſtam macerationem adde aloës ſuccotrin. myrrh. ana ad pondus prædictorum ante acidorum affuſionem; iſtis affunde ſpir. vin. opt. q. ſ. ut ſupernatet tribus digitis. F. digeſtio per quatriduum in B. M. mox exhalatio ad mel- *Mummia Viperina.*

laginem, continuò agitando ad perfectam incorporationem: adde benzoin. puriſſ. maſtich. oliban. pulv. ana ℥j. balſam. Peruv. ſicc. ℥x. ſal. perlar. & coral. cum acet. ſtillat. extract. ana ℥ſſ. corn. cerv. calcinat. ſolution. ocul. cancr. terræ Sileſiac. ana ℥vj. ſal. petaſit. card. benedict. ulmar. artemiſ. abſinth. camphor. ana ℥ij. ecchylomatis (ſeq.) aromatic. liquidioris ℥iv. Miſ. Macerentur per aliquot dies quotidie agitando vel pinſendo. Tandem ſubdito levi calore, vel in hypocauſto f. reductio in Mummiam, quæ ſit conſiſtentiæ inter pilulas & electuarium vel extractum. Doſ. ℥j. manè ſuperhauſto vin. alb. vel cereviſ. infuſionis meliſſ. pimpinell. ulmar. ſummit. borag. *&c.* momento.

Ecchyloma Aromaticum.

℞ rad. gentian. vincetoxic. tormentil. enul. zedoar. ana ℥ij. angelic. valerian. hortenſ. carlin. ſcorzoner. Hiſp. ana ℥j. fol. ſicc. ſcord. rut. roriſm. meliſſ. ana ℥x. cinamom. inter. mac. ana ℥jſſ. caryoph. ℥vj. croc. ℥ſſ. Cum ſpir. vin. q. ſ. f. *Ecchyloma* liquidiuſculum affundendum maſſæ; fiat digeſtio & exhalatio ad debitam conſiſtentiam.

Mummia Viperina temperatior.

℞ Viperar. ut ſuprà præparat. ℥viij. prunor. Brignolenſ. in aceto roſ. aut caryophyllat. macerat. piſtor. & traject. ℥vj. ſuccor. inſpiſſat. oxytriphyll. oxalid. berber. citri, limon. cydonior. ℥xij. Succi autem iſti extrahantur ſeorſim: ſinguli miſceantur in æqua proportione,

proportione, *viz.* ana ℔j. & ſine ſaccharo f. ſapa; adde lap. prunell. cum tertia parte ſacch. cand. cryſtallizat. ℥iv. cryſtallor. oxalid. oxytriphyll. groſſular. cydonior. ana ℥j. pulv. rad. tormentill. ℥ij. corn. cerv. calcinat. & cum ol. ſulph. ſubact. ℥iij. magiſter. perlar. corall. oculor. cancror. extremit. nig. chelar. cancror. marinor. cryſtall. præparat. ſuccin. alb. ana ʒvj. camph. ℥ſ. Mſ. f. Electuarium. Doſ. à ʒj. ad ʒij. mané.

Naribus admoveatur *Balſamum* hujuſmodi.

℞ unguent. aurant. & jaſmin. ana ʒij. amb. griz. ℥ſ. moſch. orient. ℈ſ. zibeth. gr. v. ol. ſuccin. rectificat. ℈j. Mſ. f. *Balſamum.* *Balſamum pro naribus.*

Acetum quoq; *Peſtilentiale* hujuſmodi paretur in lagenis lapideis ponend. pro odoramento.

℞ rad. petaſit. enul. gentian. ana ℥iv. cortic. Winteran. ℥iij. rad. angelic. imperator. valerian. maj. ana ℥ij. rad. viper. Virgin. contrayerv. ana ʒx. fol. ſicc. ſcord. meliſſ. thymi citrat. ſalv. majoran. roriſmar. ana m.j. fol. rut. m. ij. malab. dictam. Cret. ana ℥ſ. flor. ſambuc. p. iv. lavend. p. viij. ſtœch. utriuſq; ana p. vj. ſem. pœon. mar. dauc. baccar. junip. ana ʒvj. cortic. exter. citr. aurant. ſicc. ana ℔ſ. caryoph. ℥iv. cinamom. inter. ℥ij. nuc. moſch. mac. ana ʒx. Omnia ſicca contuſa irrorentur vino Canar. generoſiſſimo, & macerentur per hor. vj. Mox affunde acet. vin. alb. acerrim. ℔xvj. F. infuſio longa. Colatura ſervetur ad uſum prædictum. Spongiæ quoq; hoc aceto imbui poſſunt, guttis aliquot *Acetum Peſtilentiale.*

balſam. Peruvian. nigr. priùs inſtillatis pro odoramento. Aut ℞ hujus aceti ℔j. aq. roſar. naph. ana ℥jſſ. aq. cinamom. opt. ℥j. Mſ. ponatur in lagena lapidea cum nodulo ex flor. lavend. ℥j. cortic. exter. citr. ſicc. ℥jſſ. caryoph. benzoin. ana ℥ſſ.

Amuletum. *Amuleta* fieri poſſunt hujuſmodi.

℞ bufon. terreſtr. in clibano ſiccat. vel ad ſolem nº ij. arſenic. cryſtallin. auripigment. mercur. ſublimat. ana ℥iv. pulv. gentian. zedoar. rut. ſcord. ana ℥ſſ. caryophyll. mac. ana ℥iij. camph. ℈j. F. pulv. ſubtilis pro ſacculis interbaſtat. vel cum mucag. gum. tragac. f. *Scutum* inſtar cordis. Notandum, ſi paſta hæc incaleſcat, & carni nudæ admota ſudore humectetur, cutem rubificari, & excitari veſicas ab arſenico; quare cautè hîc agendum.

Electuarium ſpecificum. Ad *Prophylaxin* item multùm prodeſt *Electuarium* hujuſmodi.

℞ Jugland. vetuſt. ſicuum ping. ana ℥xvj. corn. cerv. ad albed. uſt. cum ol. ſulph. ſubact. fol. rut. ſicc. ana ℥iij. rad. major. petaſit. morsûs diabol. ana. ℥ij. flaved. citr. ſiccat. ℥jſſ. flor. ſulph. ℥x. lap. prunell. ℥v. ſal. marin. depurat. ℥j. Terantur terenda, & cum mellagine baccar. junip. & rad. petaſit. f. *Electuarium.* Doſ. quantit. nuc. caſtan. ſuperbibendo *Cereviſiæ juniperatæ* ſequentis hauſtum.

Cereviſia juniperata. ℞ rad. petaſit. tormentill. ana ℔ſſ. enul. caryophyllat. ana ℥iv. fol. ſcabioſ. ulmar. pimpinell. totius, rut. betonic. meliſſ. prunell. ſcord. veronic. mar. hyperic. totius, ana

ana m. vj. ſem. fraxin. ℥vj. baccar. junip. matur. pulpoſ. ℔ij. nuc. moſchat. ℥jſ℈. ſem. ſinap. leviter contuſ. ℥iv. allæ recent. fortior. cong. xxiv. additis tribus quartis fermenti allæ recent. f. Fermentatio ad perfectam depurationem. Hujus liquoris hauſtus unus manè aſſumatur pro præcautione ante egreſſum è domo.

Iſtorum loco ſumi poterit hauſtus poſſeti vel allæ maciatæ cum taleol. rad. petaſit. & pauca zedoar. addito ſaccharo.

Quidam volunt *Pomum ambræ* pro olfactu in tempore peſtilentiali; alii verò rejiciunt odorata ſuaveolentia: ſi volumus verò, ſit hujuſmodi. *Pomum.*

℞ roſ. rub. ℥ſ℈. ſantal. citrin. lign. Rhod. ana ℥iij. ſtyrac. calamit. benzoin. cortic. exter. citr. aurant. ana ℥v. mac. caryophyll. zedoar. galang. ana ℥ijſ℈. flor. lavend. lign. aloës, ana ℥ij. moſch. orient. ℥j. Subtiliſſimè omnia pulverizata excipiantur mucagine gum. tragac. extract. in aqua angelic. aut naphæ. F. *Pomum* pauco zibeto inungendum.

Alii parant Pomum ex galbano & angelica.

Item *Grana juniperi* ad ℥ij. per noctem infundantur in hauſtu vin. alb. tenuis aut allæ fortis, mane quatuor juglandes vetuſtæ & oleoſæ non rancidæ ter quatérve accendantur ad candelæ flammam, & ſucceſſivè extinguantur in prædicto liquore, qui colatus propinetur horis tribus ante ullum cibum. *Grana juniperi.*

Rad. Petaſit. in acet. macerat. Germani *radicem petaſit.* deraſam aceto per noctem aut ampliùs infundunt, ejúſq; radicis fruſtulum ſaccharo conſperſum ad præcautionem manè exhibent. Infundi quoq; poteſt in vino albo aut abſinthite ad eundem uſum.

Therapeia. Quod ad hujus Affectûs *curam* attinet, notandum quòd in omnibus morbis peſtilentialibus medicamenta quàm citiſſimè exhiberi debent, antequam venenum partes occupârit, & de ſpiritibus vitalibus abſolutè triumphet.

Quidam hujus affectûs *curam* aggrediuntur per emetica antimoniata, & eandem perficiunt per diaphoretica ejuſdem naturæ ſæpiùs iterata.

Venæſectio & *Purgatio* hîc maximè ſunt ſuſpecta, ut quoq; *antimoniata* quæ violenter ſuſq; deq; humores evacuant: tutiſſimè verò venenum per corporis habitum *ſudoriferis* foras expellitur: inter alia verò medicamenta *viperina* & *diaphoretica ſtibiata* multùm hîc præſtant: præſertim verò *Electuarium de Ovo*, & imprimis *minerale* (cujus deſcriptionem vide poſtea *p.* 27.) Hâc methodo verò procedendum eſt.

Statim cùm æger ſe *Peſte* correptum aut tempore peſtilentiali ſe malè affectum percipit, citra inducias ſumatur ℥j. electuar. de ovo mineralis cum convenientibus cardiacis, & quâvis arte provocetur ſudor. Si ſudans deficiat, applicetur inter ſudandum cataplaſma ſeu epithema ſolidum cordi ex ſpeciebus calidis præſcriptis cum theriaca & aceto theriacali:

acali : in ipſo ſudore exhibe aliquid ſucci granatorum, aut citri, aut aurantior., aut conſerv. roſar., aut etiam vini generoſi, aut micam panis vino intinctam, aut gelatinam, aut juſculum inſtaurans, aut odoretur æger jucunda.

Neq; hîc eſt habenda ratio caloris, quippe cùm agat peſtis qualitate formali ſive à tota ſubſtantia, alexipharmacis (quorum in frigido vel nulla vel effœta eſt vis) non autem calidis aut frigidis ſimpliciter pugnandum eſt. In omnibus ſtrenuè provocetur ſudor eâdem doſi iteratâ ſextâ vel (quod longiſſimum) octavâ quâq; horâ primis 24 horis; nam dum ferrum candet, cudendum eſt : & ſi in acutis, ſanè in malignis tardare malum. Sudor cautè à miniſtro detergeatur, & lintea illico mergantur in aquam frigidam. In quibuſdam pro ratione malignitatis & vehementiæ morbi, etiam ad tertium uſq; diem erit reiterandus hic proceſſus ſaltem bis in die; rarò autem inveni quibus ter datum hoc remedium non profuit. Inter ſudores dentur juſcula conſummata, & alimenta quæ in parva quantitate multùm nutriant.

Quodſi tumor peſtilens appareat, qui neq; facilè emergat neq; maturetur, applicetur Emplaſtrum ex ammoniac. diſſolut. in aceto cum galban. & bdellio. Si neq; ſic quidem fiat ſuppuratio, applicetur Cauterium (in malignis quippe tumoribus citò tentanda eſt apertio) loco eminentiori & molliori, & in linteo extende emplaſtrum ex bolo diſſolut. cum ovi album. & aceto, & medium perfora-

to, ut illàc ſuſcipiatur Emplaſtrum. Eſcharæ caſum procurato butyro. Pòſt utere digeſtivo ex terebinth lot. in aq. ſcabioſ. & vitell. ovi, interdum etiam cum albumine. Poſtea detergeto & cicatrizato. Suffiantur veſtimenta ligno, baccis, gum. juniper. & thure. Potus ordinarius & continuus ſit aqua fontana acida cum ol. ſulph.

Laborant hîc ſpiritus, non humores. Vide Galenum qui teſtatur, in quadam peſtilentia eos tantùm ſervatos fuiſſe, qui copioſum ſumpſerunt alimentum. Formulæ autem & præparationes medicamentorum in genere & in ſpecie ſunt ſequentes.

Aqua Theriacalis.

Aqua Theriacalis. ℞ theriac. vet. mithrid. ana ℥iv. rad. zedoar. carlin. ana ℥iij. angelic. imperator. ana ℥ij. ariſtoloch. utriuſq;, gentian. enul. valerian. ana ℥jſ℈. vincetox. tormentill. petaſit. caryophyllat. ſcorzoner. Hiſpan. ana ℥ijſ℈. bacc. junip. heder. ana ℥iij. lign. Rhod. cortic. exter. citr. ſicc. ana ℥xv. fol. ſicc. rut. ſcord. ana ℥iij.ſ℈. phlegm. peſtilent. vin. alb. generoſ. vel malvat. Canarin. ana ℔xii. ſucc. limon. ℔ij. acet. roſ. vel ſambucin. ℔j. ut ſint omnium mixtorum ℔xxx. Omnia ut decet præparata infundantur in fimo vel balneo per dies vj. aut ſi ſpiritûs exhalationem metuas, ſ. infuſio in frigido, mox diſtillatio ad medias, valida poſt reſidui liquoris colaturam magmatis expreſſio, & diſtillatio expreſſionis ad ſiccitatem: ſuccagini in alembici fundo reſtitanti denuò affundatur aqua, extrahatur

trahatur tinctura, filtretur per chartam, & tandem diſtillatio ad ſufficientem extracti coagulationem: in limbo & roſtro alembici ſint noduli plures continentes ℥ſ. croci, & gr. xv. camphor. poſt ſingulas quatuor libras renovandi. Diſtillatus liquor croceus dividatur in duas partes, quarum altera reddatur acidula cum q. ſ. ol. ſulph. limpidiſſimi; altera verò recipiat pro quavis libra ℥ſ. lapid. prunell. Extracto addatur ſal ſcord. artemiſ. card. benedict. prunell. ℥j. ad ʒj. Extracti.

At ſi Ecchylomatis majorem vim poſtulas, ℞ extract. ʒj. myrrh. cryſtallor. ſulph. ana ℥ij. croc. ℥jſ. aloës in ſucco ſcord. depurat. ℥ſ. ſal. artemiſ. corallor. ana ℈iiij. Mſ. f. Maſſa pilularis. Doſ. gr. xv. ad ℈j. manè ad præcautionem. Proderit quoq; ad vapores tetros & venenatos cujuſvis generis diſcutiendos, ſi miſceatur cum appropriatis. Uſûs tempore poterit etiam diſſolvi nonnihil extracti in aqua ſtillatitia, ut potio evadat majoris virtutis. Sumpſi aliquando iſtius extracti & extractorum opii & croci ana part. æq. & concinnavi optimum laudanum, cujus doſis fuit ad gr. iiij.

Acetum Theriacale.

Acetum Theriacale.

Magmati aquæ præſcript. affunde acet. vin. acerrim. ℔x. digere per octiduum, cola, exprime; expreſſioni adde caryophyll. ʒijſ. cortic. aurant. citr. ſicc. ana ʒiiij. flor. lavend. ʒiij. Infunde denuò ante uſum, qui erit ad pulſus abluendos & nares mane, item

ad

ad imbuendam ſpongiam, quæ in pyxide perforata geſtetur, & naſo admoveatur olfaciendo tempore peſtilentiali.

Phlegma Peſtilentiale.

Phlegma Peſtilentiale.

℞ ſucc. card. bened. ℥xij. calend. bugloſſ. ſcord. artemiſ. meliſſ. ana ℥iiij. oxalyd. long. rotund. hortenſ. acetoſell. ſylveſtr. trifol. acetoſ. portulac. flor. geniſt. ana ℥iij. fol. rut. abſinth. hyperic. ana m.vj. roriſm. ulmar. ana m.iiij. bacc. junip. heder. rec. contuſ. ana ℥ij. F. diſtillatio in vaſe refrigerat. duplici, & extrahatur *Phlegma* ad uſum.

Electuarium de Ovo vegetabile.

Electuarium de Ovo Vegetabile.

℞ ovum gallin. rec. perforetur in apice, extrahatur albumen, impleatur croco orient. ſubtiliſſ. pulv. Foramen verò obturetur aliâ ovi cortice cum pauco albumine & farinâ vel corn. cerv. calcinat. Involvatur chartâ madefactâ, & coquatur ſub arena ad ſiccitatem uſq;. Cortex ſeparatus lævigetur in porphyrite in alcohol, ſicut crocus cum vitello: mixtis adde ſem. ſinap. & eruc. ad dimidium pondus omnium, quæ ſeorſim trita miſceantur exactiſſimè; mox adde pulv. rad. tormentill. zedoar. ana ʒſ. angelic. imperator. ana ʒij. ariſtoloch. utriuſq;, ſal. corall. perlar. ana ʒjſ. pulv. fol. rut. dictamn. Cret. ſcord. ana ʒijſ. ſuccin. alb. præparat. oſſ. de corde cervi, raſur. corn. cerv. primar. rec. ana ʒjſ. terr. Lemn. Strigonienſ. ana ℈v. cinamom. inter. nuc. vomic. ana ℈iv. theriac. ad pondus omnium, ſyrup. theriacal. noſtr. q. ſ. ut f.

Electuarium:

Electuarium: fermentat, quare ſæpiùs movendum eſt, & uſui recondendum. Doſ. ℥j.

Electuarium de Ovo minerale.

℞ ovum ut ſuprà præparatum, de quo cape & ſemin. ſinap. vel eruc. ana ℥j. antidot. Saxon. (ſeq.) ver. ℥ſß. lap. prunell. ℥v. diaphor. antimon. vulg. è croco metallor. ſemel uſt. ℥iij. pulv. ſcord. rut. zedoar. ana ℥ijſß. theriac. vet. ℥iv. ℥ij. philon. * Turner. ℥j. gr. xj. Mſ. & cum ſyrup. theriacal. q. ſ. f. *Electuarium.* Doſ. ℥j. Eſt cardiacum ſummè ſudorificum; potentiùs verò evadet, ſi ad ſingulas doſes addatur quarta pars carnis, cordium & hepatum viperin. præpar. *Electuarium de Ovo Minerale.*

N. B. In omnibus iſtis, ut in theriaca, requiritur longa fermentatio, ut ex omnibus ſeſe invicem penetrantibus novum quid unum exurgat.

Hoc remedio ſæpè apparentem tumorem peſtilentem per ſudores diſcuſſi fœliciſſimé.

Syrupus Theriacalis.

℞ rad. vincetoxic. imperator. bardan. petaſit. carlin. attractil. flor. luteo, tormentill. ſcorzoner. Hiſpan. dictamn. alb. ſeu fraxinel. caryophyllat. biſtort. enul. valerian. maj. ana ℥j. lign. ſaſſaf. cum cortic. ℥ij. rad. angelic. ℥ſß. fol. ficc. ſcabioſ. ſucciſ. cum toto, ulmar. cum toto, calend. totius, ſcord. meliſſ. rut. artemiſ. cruciat. ana m. j. flor. tapſ. barbat. hyperic. geniſt. Hiſpan. jaſmin. betonic. rub. galeg. aurantior. citr. ana p. iiij. ſem. citr. ecchii, card. benedict. ana ℥v. bacc. junip. rec. heder. *Syrupus Theriacal.*

heder. murar. ana ʒx. cortic. exter. citr. ſicc. ʒjſſ. ſantal. citrin. zedoar. ana ʒvj. Sicca omnia minutim conciſa eâ quantitate vini Hiſpan. vel alb. generoſ. irrorentur, quæ ſufficiat ad macerationem faciendam per hor. 24. Mox affuſâ eâ quantitate aquæ theriacal. quæ ſupernatet vj. digit. f. Digeſtio in balneo ut a. e. per quatriduum, dein expreſſio fortis & colatura per triplex filtrum, quæ in alembico & balneo vaporis, addit. ſacch. albiſſ. & mell. deſpumat. ana quadrante uno, reducatur in ſyrupum.

Magma calcinetur ad albedinem, atq; ex eo ſecundùm artem ſal extrahatur cum aqua quæ in parando ſyrupo extillàrit commiſcendus.

Uſus hujus ſyrupi eſt ad ſudores procurandos; addíq; debet potionibus, aut electuariis aliis alexipharmacis.

Antidotus Saxonica Viperina vera.

Antidotus Saxonica Viperina.

℞ rad. aſclepiad. ſeu hirundinar. ℔ſſ. valerian. ʒvij. oſtrut. ʒxv. vini frag. vel uvæ lupin. ſeu herb. Pariſ. ʒxj. angelic. ℔j. urtic. min. urent. ʒvſſ. polypod. ʒviij. ſambuc. ʒiv. cortic. exter. rad. thymeleæ ſeu laureol. ʒivſſ. rad. aron. m. j. alth. cruciat. ana ʒiij. bacc. junip. m. iij. bacc. uvæ lupin. m. iijſſ. De ſingulis caulibus harum baccar. folia tantùm tria ſumantur, quæ plura quàm quatuor folia habuerint (ſicut interdum cum quinq; foliis reperiuntur) abjiciantur; radices lotæ & mundatæ ponantur in ollam vitro incruſtatam, & ſuperaffundatur aceti vini ut parùm ſuper-

emineat,

emineat, deinde oblutato ollæ operculo, paſta è farina ſecali & albumine ovi confecta coquatur unâ aut alterâ ebullitione, & poſtea ſponte infrigidari ſinito: radices dein exemptæ extendantur ſuper pannum linteum mundum, & in loco non perflatili ſiccentur. Baccæ autem juniperi & uvæ lupinæ ſeorſim in ollam ponantur, quibus ſuperaffunde de aceto, in quo radices decoctæ ſunt, & obturatâ ollâ ſemel ebulliant, ſponte infrigidari ſinito, & abjecto aceto, baccæ vel fructus ſiccentur ſeorſim in umbra; poſtea ſimul miſceantur deſiccatæ radices & fructus, & in tenuiſſimum pulverem redacta & commixta reſerventur: Radix aronis non debet in aceto cum reliquis macerari, ſed ſeorſim exiccari, pulverizari & cum reliquis commiſceri. Exhibetur hic pulvis à ℥j. ad ℈iiij. in vino, cereviſia vel aceto, iis qui venenum hauſerunt, ſed ſudent deſuper; venenum expellit per urinam, alvum, vomitum etiam, ſi aliqua adſit ſuſpicio veneni aſſumpti ante longum tempus.

℞ pulv. ſaxonic. præſcript. pulv. hepat. cordium necnon totarum viperar. detractis capite, caudâ, & cute, & ut dicetur præparatarum ana part. æqual. f. pulvis ſubtiliſſimus, vel per ſe ſervandus in phiala vitrea optimè clauſa ſubere, cerâ, & veſicâ bubulâ, vel (quod melius eſt) excipiendus ſyrupo theriacali, aut ſi deſit iſte ſyrupus, ſyrup. de limon. vel de acetoſitate citri, & reducendus in *Electuarium*, quod ſinatur fermentari per tres aut quatuor menſes ante uſum. Doſis eſt ℥j. è convenienti liquore, aut etiam in bolo, ſuperhauſto *Electuarium ex eadem.*

ſto julepo ex aq. card. benedict. ſcabioſ. theriacal. & ſyrup. de limonib. Sudores movet, venenum expellit ad habitum, ejúſq; focum in corporis centro extinguit. Familiaris mihi eſt & longâ experimentorum ſerie probatiſſima hæc Antidotus in febribus peſtilentialibus & purpuratis malignis; cui etiam, cùm neceſſitas poſtulet, ut potentiùs expellatur ſudor, aut ut ſomnus concilietur, ſoleo diaphoretica & hypnotica addere, cum aliis etiam cardiacis. V. g. ℞ elect. viperin. ʒſs. lap. bezoar. diaphoret. Hartman. ana gr. x. rad. contrayerv. ℈j. Mſ. f. Bolus vel per ſe ſumendus, vel diluendus liquoribus idoneis. Vel ℞ electuar. viperin. rad. contrayerv. ana ʒſs. confect. alkerm. ℈j. diaphoret. Hartman. gr. x. Mſ. Si provocandus ſit ſomnus (qui mirè promovet humorum coctionem & virulentiæ expulſionem) addantur laudan. opiat. gr. ij. aut iij. pro ratione affectionis & virium ægri. Aſſumptum hoc remedium nunquam caret efficaciâ; Anthraces ad corporis habitum expellit, aliáſq; humoris maligniſſimi reliquias: hujus effectum mirandum experti ſunt quamplurimi, & inter alios D. Wolfius, Helon & Junius, omnes penè moribundi ex febribus malignis ultimæ malitiæ cum exanthematis, datum autem eſt hoc remedium, cùm jam pænè deſperatæ erant res, & convaluerunt: Idem contigit Olivario M. R. qui Paraphreneticus per multos dies jacuit, cum lingua arida, atra, fiſſa, inexhauſta ſiti, convulſivis ſubſultibus, pulſu pænè formicante, ſumpto remedio per tres dies integros ſudavit, & oborto

oborto ingenti alvi fluxu, & profuſâ urinarum redditâ copiâ (quod mirum eſt in tantis ſudoribus) convaluit. Potentiſſimum autem erit Electuarium ſi ad pulveres excipiendos loco ſyrup. de limon. ſumatur *Mel alexipharmacum* ſequens.

Mel Alexipharmacum.

℞ rad. vincetoxic. caryophyllat. tapſ. barbat. gentian. enul. ecchii, ſcorzoner. Hiſpan. tormentill. pentaphyl. ana ℥ij. fol. ſicc. meliſſ. ocym. ſcord. ana m.jſ. flor. hyperic. centaur. min. vetonic. rub. ana p. iij. baccar. junip. cortic. exter. citr. flav. & aurant. ana ℥ijſ. Omnibus conciſis & contuſ. affunde ſucc. depurat. ſcabioſ. ulmar. card. benedict. ana ℔j. ſucc. trifol. acetoſ. limon. ana ℔jſ. vin. malvat. vel Hiſpan. ℔ij. F. Digeſtio in fimo, balneo, vel prope furnum piſtoris per octiduum, dein expreſſio & colatura, quæ cum dimidia parte mellis alb. ſedulò deſpumata coquatur lentiſſimè in vaſe fictili vitreato vel vitro ad conſiſtentiam ſyrupi ad uſum prædictum. *N. B.* Si colatura agatur per triplex filtrum aut pilos cervinos, liquor erit multò limpidior. *Mel Alexipharmac.*

Pulvis Bezoardicus.

℞ boli Bezoardic. ℥iv. carn. viperin. præparat. ℥iij. cord. & hepat. earund. nº 50. rad. contrayerv. ℥ij. oſſ. de corde cervi, rhinocerot. alcis, lap. bezoar. orient. occid. ana ℥ſ. diaphoret. Hartman. ℥j. ambr. griſ. ℥ij. moſch. ℥j. Mſ. f. *Pulvis* ſubtiliſſ. recond. ampullâ *Pulvis Bezoardicus.*

pullà optimè clauſà ad uſum. Doſ. ℥j. ex aqua theriacal. vino acet. rut. alliato, ſambucin. caryophyllat. vel ſimili liquore idoneo.

Minor Compoſitio.

Minor ejus Compoſitio. ℞ bol. bezoard. ℥iiij. rad. contrayerv. ℥iij. oſſ. de corde cerv. lap. bezoar. utriuſq; ana ℥ſſ. diaphoret. Hartman. ℥j. ambr. griſ. ℥iij. Mſ. f. *Pulvis*, & ſi vis potentius remedium, adde carn. viperin. ad pondus omnium.

Bolus Bezoardicus.

Bolus Bezoardicus. ℞ rad. angelic. ℥ij. ſcorzoner. Hiſp. caryophyllat. ana ℥iv. gentian. enul. cruciat. valer. utriuſq; vincetox. carlin. imperat. petaſit. card. ſanct. tormentill. biſtort. pentaphyll. contrayerv. ana ℥iij. zedoar. galang. coſt. amar. cort. Winter. ana ℥j. lign. Rhod. ſantal. citrin. raſ. lign. junip. ana ℥jſſ. viſc. querc. cortic. lign. ſanct. lign. ſaſſafr. ana ℥ijſſ. cortic. flav. citr. ſicc. ℥vj. fol. ſcord. ſicc. ℥v. baccar. junip. heder. ana ℥ivſſ. theriac. mithridat. ana ℥jſſ. Omnia debito modo præparata ponantur in matracium oblongi colli ſuperaffuſâ eâ quantitate aquarum æquali proportione mixtarum ulmar. card. benedict. ſcabioſ. & vini Canarin. donec ſupernatet viij. digit. Digere per octiduum vaſe apprimè clauſo ad ſolem vel in balneo tepente: tinctus liquor agatur per chartam bibulam.

℞ bol. Armen. ver. ℔jſſ. terræ Strigonienſ. ℔j. terræ ſigillat. ℥vj. corn. cerv. uſt. oculor. cancr. præparat. ana ℥viij. ſpod. cran. human. uſt. ana ℥ijſſ. diaphoret. antimon. vulg.

vulg. albiſſ. ℥iv. ſuccin. alb. præparat. ℥iij. Omnia ponantur in cucurbitam, iiſq; affundatur liquor tinctus in frigido per triduum, quotidie bis térve agitando; tandem fiat in vaporoſo balneo evocatio humoris, donec reſtet quædam veluti paſta, ex qua formentur Panes, addendo pro quavis libra ambr. griſ. ℥ij. moſch. orient. ℥ſs. & ſi libuerit, lapid. bezoar. orient. ℥j. Sigillentur Paſtilli conſperſi pulvere ſubtiliſſimo cornu cerv. vel rad. tormentill. aut ſantal. citrin., & ſerventur in pyxide vitrea optimè clauſa loco ſicco. Optimum eſt remedium ad omnia venena, peſtem, variolas, morbillos, & contagioſos affectus.

Formulæ Potionum, & Bol. ex antè præſcriptis.

℞ aq. theriacal. acid. vel nitroſ. ℥iij. phlegmat. peſtilential. ℥ij. electuar. de ovo alterutrius ℈ij. vel ℥j. ſal. artemiſ. aut card. benedict. gr. xij. Mſ. f. *Potio.* Sudet deſuper. Aut, *Formulæ variæ ex ante præſcriptis. Potiones.*

℞ aq. theriacal. ℥ij. phlegmat. peſtilential. ℥ijſs. ſpir. tartar. fraxin. junip. vel guaiac. à fœtore liberat. ℥ſs. Mſ. Satius autem fuerit ſumere aquam theriacalem tinctam & virtute ingredientium prægnantem, quàm diſtillatam, quia majorum eſt virium. Aut

℞ elect. de ovo alterutrius, ſed præſertim mineral. ℥j. extract. theriacal. ℈j. nitr. præparat. ℈ij. aq. theriacal. non acid. ℥iij. Mſ. f. *Potio.* Aut

℞ antidot. Saxonic. viperin. ℥j. elect. de ovo mineral. ℥ſs. aq. theriacal. ℥ij. aq. ſcabioſ. oxytriphyll. ana ℥j. ſucc. limon. ℥ſs. Mſ. f. *Potio.*

Bolus. *Bolus* fieri poteſt ex extract. theriacal. ℥jſs. antimon. diaphoret. ℥ſs. Mſ. f. *Bolus.* Sumatur ſuperbibendo aq. theriacal. acidul. & phlegmat. peſtilential. ana ℥ij.

Electuarium ſequens optimum pro pauperibus qui ſumptus ferre nequeunt.

Electuarium pro pauperibus. ℞ rad. petaſit. debito tempore effoſſ. ℥iv. rad. gentian. valerian. maj. viperin. Virginian. ana ℥ijſs. angelic. ℥j. fol. rut. ſcord. opt. ſiccat. in umbra ℥jſs. lap. prunell. ℥ij. flor. ſulph. ℥x. theriac. Androm. veter. dimidium pondus omnium. Mſ. & cum ſyrup. è ſucco calendul. toto card. benedict. decocto ſeu mellagine liquidiore baccar. junip. aceto ſambucin., & ſacch. aut melle f. *Electuarium.* Doſ. à ℥j. ad ℥ij. ex aq. ulmar. card. benedict. vel poſſeto ex iiſdem.

Trochiſci quoq; *Moſchardini* ſequentes ſæpiùs in ore teneantur & ſenſim deglutiantur.

Trochiſci Moſchardini. ℞ bol. Armen. terræ ſigillat. Lemn. vel Strigonienſ. ana ℥ſs. rad. angelic. ℥jſs. ſuccin. alb. præpar. raſur. corn. cerv. recent. ana ℥ij. perlar. præpar. ℥iij. conf. alkerm. ℥j. aut ejus & de hyacinth. ana ℥ſs. moſch. ℈j. ſacch. albiſſ. ℔jſs. Cum mucag. gum. tragacant. in aq. cinam. extract. q. ſ. f. Maſſa, cui adde ol. caryophyll. vel cinamom. pro ℔j. ℥ſs. F. *Trochiſci* in umbra per ſe ſiccandi ad uſum prædictum.

Si

Si adſint *Bubones*, maturari debent Cataplaſmate hujuſmodi, aut aperiri ſcalpello ſi ſint maligni, & copia adſit materiæ evacuandæ.

℞ cæpam magnam excavatam, repleatur theriacâ, coq; ſub ciner., addatur eadem quantitas bulb. lil. alb. ſub ciner. coct. contundantur ſimul in mortario (ſi crudus ſit tumor, addantur ſtercus columbinum, & fermentum vetus). Mſ. f. *Cataplaſma*, applicand. tumori, & ſuperponatur panis è furno calens: addi poſſunt galbanum, unguentum baſilicon, *&c.* Dein detergeantur, & conſolidentur, ut alia apoſtemata. *Cataplaſma ad Bubones.*

In *Anthrace* malignitas attrahetur podice gallinæ vel galli Indici, appoſitione pipionum per medium ſectorum vivorum, applicatione veſicatorii circa humerum, finem deltoïdis, carpum interiorem, tibiam, malleolum, & loco & ſitu tumoris: vel transfigatur ſummus humerus, ſi adenes cerebri tument, aperiantur venæ ſi cordis emunctorium, & medium ſpatium pollicis & ſecundi digiti pedis, ſi hepatis emunctorium tumeat, & indatur vulneri radix ellebori albi, vel ranunculi bulboſi. Quid ſi anthrax vulneretur, eíq; indatur trochiſc. de arſenico, cùm ut dolore attrahatur virus ad partem, præſertim ſi infra bubonem ſit carbo, tum ut ſimili veneno extinguatur virus in parte, & procuretur magna eſchara? Aut ſtatim in circuitu undiq; ſcarificetur in initio & aquâ calidâ ſalsâ foveatur, ut ſanguinis concretio impediatur, & applicetur *Cataplaſma* ſequens. *Al Anthracis.*

Cataplasma.

℞ theriac. mithridat. ana ℥j. ferment. acid. ℥ſſ. ficuum nº iij. cæpam ſub ciner. aſſat. nº j. allii aſſati ℥jſſ. fim. columbin. ℥ij. ſem. ſinap. ℥j. croc. ℈iv. ſapon. Venet. ℥jſſ. butyr. rec. ℥ſſ. Mſ. f. *Cataplaſma.*

Aut quod ſæpiùs uſu comprobatum eſt, ℞ ſucc. rad. conſolid. fol. ſcabioſ. pedis columbin. ana cochl. vj. farin. lentium, hord. ana cochl. iij. Mſ. f. *Cataplaſma.*

Ad loca autem vicina applicetur defenſivum, nè venenum verſus interiora recedat.

Cauſtici quoq; granum in puſtulæ medio applicetur ſub cataplaſmate prædicto, & ad eſcharæ caſum uſurpetur unguent. baſilicon cum butyro commixtum, dein detergeatur & conſolidetur ulcus modo communi.

Toto verò hoc tempore laborandum eſt in exhibendis cardiacis quæ foras venenum expellant, præcipuè ſi uſurpetur arſenicum quod impreſſionem faciat in parte, unde vomitiones, urinæ & alvi profluvia excitat.

CAP.

CAP. IV.

De Febribus Intermittentibus.

Differentiarum ratio.

Differunt Febres hæ intermittentes tantùm quoad magìs & minùs, quatenus *viz.* materia morbifica magìs fluida & tenuis, & per conſequens ad fermentationem concipiendam magìs apta ſit; aut è contrà magìs tenax & craſſa, ideóq; ad fermentationem minùs habilis.

Curatio.

Curatio conſiſtit (1.) in materiæ evacuatione, ut cùm tenuis ſit *v. g.* bilis, & præparatione non indigens, quovis tempore ad expulſionem præparata; (2.) præparatione & evacuatione diverſis temporibus ſibi ſuccedentibus factâ, ut cùm tenax & indomita ſit materia, quam ſi purgantibus aggrediaris, nihil niſi tenue educas, relictâ fæce magìs pernitiosâ, *v. g.* prædominante pituitâ vitreâ, ut in quotidiana exquiſita; (3.) præparatione & evacuatione ſimul factâ, ut cùm plures humores mixti febrem faciant, verbi gratiâ, bilis flava & pituita, aut melancholia, quorum altera evacuationem, altera attenuationem expoſcit.

(4.) In ſymptomatum emendatione præſertim rigoris.

(5.) In impedimentorum naturæ ſublatione, ut in habitûs reſeratione ad diffflationem tenuioris partis.

(6.) In partium poſt evacuationem corroboratione.

Evacuatio cum bilis peccat;

Si *Bilis* ſola aut magna ex parte exuberet, abſq; inſigni præparatione (ſi nihil obſtet) *vomitus* provocetur tertiâ vel quartâ acceſſione, quia primis duabus & dignoſcendus eſt affectus, & concedendum aliquid furenti naturæ, quæ adhuc eſt in orgaſmo, & quam ſi violentiùs velis aggredi, non poſſis æquis viribus ſine corporis ægri diſpendio: interim præparandus ad vomitum æger fotu emolliente: demum ſumptis & admotis ſtomachus roborandus venit. Repetatur hic proceſſus bis vel ter pro viribus ægri, & cauſæ morbificæ pertinacia. Si quid reſtet craſſiſſimum fæcum, per ſeceſſum poſtea expellatur.

cùm pituita vel melancholia,

Cùm verò *pituita*, aut *bilis atra* prædominentur, tunc *clyſteribus* blandis tollantur impedimenta, imò etiam *purgatiunculis* levibus, quæ aditum vomitorio patefaciant ad fomitem mali, fotu incidente & attenuante fluidi reddantur humores, & cùm ſe dederit occaſio, vomitu elevetur id quod hæret radicitus. Conducit etiam propriis acidis tenuitate ab aculeis penetrantibus promovere præparationem, ut ſyrupo cum ol. ſulph. aut vitriol. quod remedium in acida pituita & atra bile magis convenit, quia mixtum cum ſalſo vel amaro facit ebullitionem in ſtomacho, à cujus fumis ſæpè brunella ſive linguæ & faucium ariditas. Tunc verò ubi eſt amarum vel ſalſum, utere ſale tartari, qui etiam fermentationis anſam poteſt præripere per dulcificationem.

Poſt vomitum, pro conditione morbi, utere dejectoriis.

Tandem

Tandem ſi quid qualitatis ſimplicis aut pravæ diatheſeos reſtet in viſceribus, veni ad *diaphoretica.*

Quodſi implicitus ſit affectus, & compoſita febris, cuilibet humori ſeu tartaro, ſuum da ſpiraculum & emunctorium, bilem per ſuperiora, pituitam & atrum ſuccum, tenuem quidem per eandem viam ſi ſit in propinquo & in procinctu, craſſiorem verò per inferiora ducito; quod aëreum eſt, pelle per ſudores. *Cum tumores varii.*

Tempus autem *exhibendi vomitorii* eſt quando materia eſt in elevatione, tunc enim facillimè deturbatur, quæ aliàs quieta eſt & immobilis, nec niſi vi ſummâ poteſt divelli. Exhibeantur autem emetica horâ unâ vel duabus ante paroxyſmum, dejectoria verò diebus intermediis. Diaphoretica, ſi cætera potentiora præceſſerint, exhibenda vel horis duabus ante paroxyſmum, vel circa finem ejuſdem. *Tempus vomitorii exhibendi.*

At quoniam *Rigor* nervoſum genus frigore ſuccutit permoleſto, linatur, præſertim in quartana & mixtis ut hemitritæis, nervorum origo, ſpina, litu calfaciente, & exhibeatur liquor aliquis cardiacus calfaciens, ut calor nativus adjutus hoſte faciliùs potiatur, ſícq; minor ac tolerabilior erit acceſſio, & minùs perturbata Natura promptiùs ſe accinget ad opus ſuum exequendum. *Rigoris remedia.*

Tandem viſceribus robur concilietur remediis idoneis.

Sanguinis miſſio huic generi febrium non convenit per ſe, ſed tantùm per accidens, ut ſi *An Venæſectio conveniat.*

ſi adſit plethora, ſi ab humore extra venas accenſo incendatur & putreſcat maſſa ſanguinis, vel etiam ſi incaleſcant adeò ſpiritus ut requiratur eventilatio ad refrigerium, & tunc advertatur nè peccetur in quanto.

Hîc notandum, In iis febribus quæ fiunt ex decidentia continuæ, & per epigeneſim communicatâ putredine vaſis majoribus, ſimul cum igne febrili, tutò celebrari poſſe ſanguinis miſſionem. At verò ſi qualitas tantùm propagetur, & incaleſcant ſimplici intemperie vaſa, foco exiſtente in partibus naturalibus, ad centrum veniendum, quod purgationem poſtulat potiùs quàm phlebotomiam, quæ intempeſtive celebrata, cruda in vaſa & putrida fugâ vacui allicit.

Victus ratio. *Victûs ratio* etſi in omnibus febribus frigida & humida vulgò præſcribatur, iis tamen quæ fiunt ab obſtructione à craſſis & viſcidis, requiritur calidiuſcula, incidens, attenuans, aperiens, ſi mixti ſint humores.

Præmiſſis univerſalibus, *viz.* venæſectione, purgatione, & emeticis, veniendum ad febrifuga in ſpecie.

De purgantibus autem notandum, quòd ipſo acceſſionis die manè clyſter leniens eſt injiciendus, & die intermiſſionis lene catharticum eſt exhibendum ex ſenna, agaric. trochiſcat. ſyrup. roſ. è cichor. cum rheo, *&c.* Dein per ſex dies conſequentes uſurpentur (præcipuè in Quartana) juſcula medicata, cum rad. chin. eryng. petroſelin. fœnicul. cappar. à conditur. purgat. uvis Corinthiacis, fol. cichor. chærefol. borrag. bugloſſ. pimpinell. agrimon.

agrimon. *&c.* cum ℥j, cryſtall. vegetab. in quaq; doſi.

Interim in Quartana uſurpentur *Fotus* hujuſmodi pro regione lienis & umbilici manè per horam per ſex dies conſequentes.

℞ rad. alth. ℥iv. gentian. ariſtoloch. utri- *Fotus.*
uſq;, ebul. aſar. ana ℥ij. taraxac. eryng. fœnic. petroſelin. apii ana ℥jſs. fol. chamædr. chamæpit. agrimon. pimpinell. meliſſ. marrub. alb. ceterach ana m. ij. flor. chamæm. geniſt. ſambuc. tamariſc. eric. ana p. iij. bacc. junip. contuſ. ℥jſs. ſem. alkekeng. ℥j. lin. ℥ij. ſpic. nard. ℥vj. Conciſa omnia includantur ſacculis duobus latis, quibus decoctis in æquis partibus aquæ fabror. & vin. alb. addendo ſub finem part. xvj. aceti ſcillitici, foveatur regio lienis & meſenterii, ut dictum eſt.

Tandem ad potentia Diaphoretica & Sudorifera veniendum eſt.

Ut ℞ pulv. è chel. cancror. comp. ℥ij. di- *Pulvis antifebrilis.*
aphoret. noſtri magiſtral. è tribus ℥j. matr. perlar. cum ſucco limon. præparat. cryſtall. rup. præparat. lap. prunell. aluminoſ. ana ℈iv. camph. ℈ij. Mſ. f. *Pulvis* in ampulla bene obturata ſervand. ℞ hujus mixtur. ℥j. lap. bezoar. orient. gr. x. ſyrup. de cortic. citr. q. ſ. Mſ. f. *Bolus* horis duabus ante paroxyſmum ſumend. ſuperbibendo ℥ij. aut iij. aq. noſtr. febrifug. ſeq. ſyrup. beton. edulcorat.

Aqua

Aqua Febrifuga.

Aqua Febrifuga. ℞ rad. bryon. alb. rec. non lot. ſed tantùm linteo aſpero deterſ. ℔j. rad. raphan. ruſtic. eodem modo præparat. ℔ij. cochlear. Batavic. contuſ. m. viij. Contundantur ſingula per ſe, & commiſtis affunde vin. alb. Gallic. generoſ. ℔iv. macera per octiduum, diſtilla in B. M. ad ſiccitatem. Duplâ aut triplâ proportione uno labore præparari poteſt.

Diaphoreticum ex Tribus.

Diaphoreticum ex Tribus. ℞ corn. cerv. in bezahar ramoſum reduct. ſeu ad ſummam albed. calcinat. & ol. ſulph. aut vitriol. inebriat. margarit. mineral. Salæ ſeu ceruſſ. antimon. fixiſſ. ceruſſ. Jovis (vel florum) ana partes æquales. Mſ. f. alcohol. Doſis à ℥ſ. ad ℥j.

Materia Medica pro omnibus Febribus Intermittentibus.

Materia Medica.

Rad. Contrayerv. Gallium utrumq;.
Verbena Tertianaria, ſeu Lyſimachia galericulat.
Cannabina aquat. fœm.
Chryſanthemum.
Centaur. minus.
Imperatoria.
Sal. abſinth.
Artemiſ.
Cochlear. Batavic.

Vitriolum

Vitriolum Martis.
Camphora.
Chel. cancror. marin,
Ocul. cancror.
Mater Perlar.
Oſtracomeli.
Corn. cerv. philoſoph. præparat.
Ludus human. ſeu Bezahar.
Corn. cerv. vitriolatum: item ex aqua capitis cervin. reſtibile.
Flores antimon. fixi.
Bezoar mineral. Hartmann. Crollian.
Flores Jovis.
Aluminis dulcedo.
Flores croc. metallor.
Stannum elevatum cum ſublimato.
Alumen cum nuce moſchat.
Mercur. diaphoret. Raleighan.

Mixtura Febrifuga.

℞ rad. imperator. ℥ij. ℈ij. chelar. nigr. cancr. marin. major. conſtellat. ℥ij. oſtracomel. perlat. vel ex calcinatione cortic. ovor. ℥j. lud. human. ℥vj. corn. cerv. philoſoph. præparat. ejuſd. vitriolat. bezoar. mineral. Hartman. Crollian. ana ℥ſs. rad. contrayerv. ℥v. ſal. abſinth. card. benedict. artemiſ. cochlear. Batavic. ana ℥j. Cum gelatin. corn. cerv. aut pell. viperar. f. *Lapis* ut contrayervæ, vel cum ſyrupo ſequente f. *Electuarium.* *Mixtura Febrifuga.*

℞ imperator.

Syrupus ad Electuarium.

℞ imperator. totius m. iv. verben. chamæm. totius, cannabin. aquat. artemiſ. tertianar. gallii utriuſq;, centaur. min. totius, perſicar. maculat. chelidon. maculat. totius, card. benedict. ana m. ij. baccar. maturar. bryon. heder. mural. junip. ana ℥j. Conciſa digerantur in hydromelite vel pomaceo, poſt mediocrem ſed lentam decoctionem f. Colatura, expreſſio levis, depuratio, & cum q. ſ. ſacch. vel mellis ana fiat ſyrupus ad uſum prædictum. Poteſt etiam exhiberi cum aqua aliqua febrifuga diebus intermiſſionis pro Julepo. Uſus Mixturæ eſt talis.

Uſus.

℞ mixtur. febrifug. ſuprapræſcript. à ℈j. pro pueris ad ℥j. pro adultis, flor. croc. metallor. ſulphureorum à gr. iij. ad x. flor. Jovis per retortum acti cum duplo ☿ ſublimati tantundem, (vel ſeorſim, vel conjunctim pro ratione morbi & perſonæ) camphor. gr. ij. ad iv. rad. contrayerv. gr. viij. Mſ. & detur in bolo, horâ unâ ante paroxyſmum, ſuperhauſto aquæ febrifugæ momento: æger quietus in lecto jaceat, in quo expectet & foveat, non autem violenter urgeat, ſudorem.

Flos croci metallorum fit, ſi liquori in quo hepar antimon. edulcorat. fuit, acetum inſtillaris, unde præcipitabitur crocus ſubtilis, ſeu ut aliis placet ſulphur auratum.

Stannum Sublimatum.

Stannum ſublimatum.

℞ materiæ Biſmuth partem unam, mercur. ſublimat. partes duas; tere, & ſimul diſtilla per retortam; exibit pinguedo dura & craſſa;

ſa; diſſolvatur in cella intra biduum, præcipita in pulverem albiſſimum, qui cum aqua communi dulcoretur. Doſis à gr. j. ad vj. pro purgatione; ſumatur horâ unâ ante paroxyſmum. Bis ſumptum acceſſionem utplurimum tollit.

Horâ unâ ante paroxyſmum tribus acceſſionibus conſequentibus applicentur *Epicarpia* quæ geſtentur uſq; ad novam acceſſionem, & ſic renoventur.

℞ herbar. recent. chelidon. utriuſq; cum toto, rad. & fol. ari, perſicar. feræ, centaur. min. alliariæ, ſcord. eupator. cannabin. aquatic. flor. luteo ana m. j. Terantur in mortar. lapideo ad pulticulam, addendo fulig. camini ex lignis nitentis inſtar gagatis & dur. ℥ij. mercur. crud. cum pulpa pomi cocti ſubact. ℥j. camphor. ℈jſ℈. telar. araneor. ℈x. ſal. marin. ℥ſ℈. unguent. populn. ℥iij. Commiſceantur diligenter omnia, & additâ q. ſ. mic. panis ſecalin. acet. ſambucin. imbut. f. *Cataplaſma*, cujus portio extendatur in pannos lineos pexos linteo duplici aſſutos, & f. *Epicarpium* applicandum pulſibus utriuſq; carpi, ita ut totum brachium ambiat. *Epicarpium.*

Sit ſatis ſpiſſum medicamentum, ne nimis citò ſiccetur.

Ex hac materia fieri quoq; poſſunt ſoleæ ad plantas pedum ſi febris pertinaciùs perſeveret.

Optimum quoq; *Epicarpium* fieri poteſt è cortice mediano juglandis in aceto acerrimo macerato, duabus horis ante paroxyſmum applicetur, veſicas excitat cum dolore & quandoq; paroxyſmum fugat. Vel,

Vel, ℞ unguent. popul. ℥ſſ. theriac. Andromachi ʒij. camphor. ʒſſ. telæ aranearum ℥j. acet. acerrim. parum, Mſ. f. *Epicarpia* applicand. carpis horâ unâ ante paroxyſmum.

Camphoræ ℥ſſ. aut ʒij. includantur nodulo ex ſyndone coccinea ſatis ſpiſſa, aut fiat ſacculus qui pendeat ex collo ultra cartilaginem enſiformem, ita ut nudam cutem attingat, & continuò geſtetur, donec camphora in auras evanuerit.

Hiſce ex voto non ſuccedentibus veniendum erit ad magis efficacia, qualia ſunt *Pilulæ de Sagapeno* ſequentes.

Pilulæ de Sagapeno. ℞ ſagapen. gummoſ. præparat. ʒvj. ammoniac. opt. præpar. ʒvi. (præparentur autem cum decocto aut ſucco centaur. min.) extract. trochiſc. alhand. ℥j. ſcammon. cum vapore ſulph. præpar. ℥ſſ. ſal. gem. ʒjſſ. cum ſyrup. violar. acidulat. q. ſ. f. Maſſa ex qua formentur Pil. vj. pro doſi.

Aut uſurpentur *Pilulæ è Gummi* ſequentes alterantes.

Pilulæ de Ammoniaco. ℞ gumm. ammoniac. cum acet. ſcillit. ſolut. & inſpiſſat. ℥j. ſagapen. opopan. ſarcocoll. ana ℥ſſ. bdell. myrrh. gum. guaiac. ana ʒiij. croc. ʒij. ſal. abſinth. card. bened. artem. tart. vitriolat. ana ʒj. Cum ſucco abſinth. vel agerat. aut cochlear. Batav. ſaccharat. f. Maſſa. Additis chalybe, æthiope mineral. diaphoret. antimon. cinnabare antimon. & ſimilibus; multùm præſtant per plures dies conſequentes ſumptæ ad diſcutiendos tumores internos præſertim reſtibiles poſt longas febres.

Hiſce

Hiſce ex voto non ſuccedentibus, veniendum erit ad magis efficacia remedia, qualia ſunt *Pilulæ* ſequentes.

℞ pil. coch. min. à gr. x. ad xx. mercur. ſublimat. dul. à gr. x. ad xx. fac maſſulam, nucleus autem concinnetur è mercur. vit. g. j. aut ij. except. pauco ſucco glycyrrhiz. qui maſſæ prædictæ includatur, ut f. *Pil.* pro una doſi. Sumantur pridie aut poſtridie acceſſionis præſertim quartanæ. Poterit etiam exhiberi ipſo die paroxyſmi manè, ſi non ante veſperam invadat, vel quovis tempore, dummodo viij. x. vel xij. horis ante acceſſionem. *Pilulæ ſpecificæ.*

Pilulæ quoq; *Catholicæ* ſequentes multùm hìc præſtant.

℞ fibrar. rad. helleb. nig. ℥ij. pulp. colocynth. ℥iij. Coque in phlegmate reſtibili poſt diſtillationem aniſi factam cum aq. vitæ quod quatuor digitis ſuperemineat; poſt medietatis conſumptionem f. Expreſſio coagulanda in cineribus ad mellaginem ſine aduſtione; adde reſin. ſcammon. ℥j. Mſ. reduc in B. vaporoſo ad conſiſtentiam pilularum. Doſis ad gr. xxiv. Bonæ & facilis ſunt operationis, & optimè cum calomelan. commiſceri poſſunt. Elleborus debet habere nervum album veluti meditullium in fibris, aliàs nil valet, vel potiùs eſt periculoſa. *Pilulæ Catholicæ.*

Si lienis tumor Quartanam comitatur, conveniunt Pilulæ de Sagapeno, & Ammoniaco ſuprà præſcriptæ (ut quoq; Pilulæ Catholicæ) additis animæ hepatis granis aliquot.

Fiat

Fiat Fotus valdè emolliens, incidens, & attenuans lienis regioni, è filtris ſpiſſis multiplicib. intinct. & expreſſ. viciſſim applicand. vitato nimio calore. *Fotus* hic eſt.

Fotus. ℞ rad. rec. bryon. utr. ana ℔j. rad. enul. gentian. ana ℥iiij. cortic. med. fraxin. ſambuc. ulm. radic. ebul. cynogloſſ. filiç. fœmin. ana ℥v. lign. ſaſſafr. ℥iij. rad. alth. cyper. & garyophyllat. ana ℥ijſ℈. cort. aurantior. & citr. rec. ana ℥ij. fol. cicutæ, chamæm. totius, eupator. utriuſq; Meſue & Avicen. verben. centaur. min. chamædr. chamæpit. tamariſc. ana m. ij. alth. malv. parietar. ana m.jſ℈. flor. geniſt. utriuſq;,,hyperic. ſambuc. ana p.vj. ſem. naſturt. hort. cochlear. Batav. ſem. lini, baccar. laur. juniper. ana ℥j. lign. Rhod. Eben. ana ℥ij. f. ſacculi qui decoquantur in ſ. q. aq. fabror. addend. usûs tempore vin. alb. generoſ. part. quart. & part. vigeſimam acet. ſcillit. pro *Fotu* dicto.

Extus adhibeatur *Fotus* ante deſcriptus, ut quoq; *Linimentum* & *Emplaſtrum* ſequentia poſt *Fotum.*

Linimentum. ℞ verm. terreſtr. limac. nig. ſine teſtis ana ℔ſ℈. catulos felium & canum præpingues 15. dierum ana nº iv. bulb. hyacinth. ſatyrion. tulipæ ignob. lil. alb. ana ℥v. rad. alth. cort. med. ſambuc. virid. rec. rad. cicut. hyoſcyam. ebuli ana ℥vj. fol. malv. cum toto, branc. urſin. atripl. hort. mercurial. ſeneciou. chamæm. totius ana m. ij. ſem. lin. fœnugræc. ibiſc. ſambuc. ana ℥ij. Omnia conciſa immittantur cacabo mundo affuſo cong. j. brodii colat. omaſor. & capitum vervecin. addendo axung. ſuill.

ſuill. rec. ℔v. Coque ad brodii conſumpt. & contentorum putrilag. Cola & exprime fortiter pingued. cujus refrigerat. admodum puræ ℞ ℔ſ. unguent. è ſucc. aperitiv. butyr. geniſt. ana ℥ij. Mſ. f. *Linimentum* cum pelle camochina duplici ſatis ſpiſsè toti lienis regioni applicandum, & geratur continuó. Aut optimè illinatur pars affecta cum eodem, ſuperponendo *Emplaſtrum* ſequens, aut Emplaſtrum de cicuta cum ammoniaco.

℞ gum. ammoniac. cum ſucco cicut. & hyoſcyam. & mandrag. ſolut. & inſpiſſat. ℔j. empl. de mucilag. & diachyl. alb. ana ℔ſ. pulv. rad. ſigill. beatæ Mariæ, ſigill. Solomon. bryon. (aut ejus fæcum) ana ℥iij. lapid. pyrit. in porphyrit. lævigat. cum ſucco naſturt. hort. & cynogloſſ. tot. extract. cum vino Hiſpanic. & reduct. in alcohol, ſquamar. ferr. lævigat. croc. metall. ana ℥ij. amalgam. ex ℥iv. ſtanni & ℥ij. mercurii crud. Omnia miſceantur, & cum terebint. Venet. ℥ij. ſtyrac. liquid. ℥j. picis Burgund. liquat. & per canaputium colat. ℥iij. cer. nov. q. ſ. Mſ. f. *Emplaſtrum* tumori applicandum. *Emplaſtr.*

Toto hoc tempore utatur Æger brodiis medicatis ſuprà præſcriptis, ut quoq; *Cereviſiâ medicatâ* hujuſmodi.

℞ cortic. rad. tamariſc. ℔ſ. rad. filic. fœmin. ℔j. cort. med. fraxin. rad. dulcamar. ana ℥iv. lign. nephrit. ℥iij. lign. eben. ℥v. nuc. moſch. nº iv. incidantur omnia craſſiuſculè, & dividantur unciatim pro lagenis ſingulis unius quartar. capacibus, quæ ſtent continuò in infuſione in cella, unde depromatur ad uſum. *Cereviſia medicata.*

Specifica in Febr. intermittent.

Specifica in his febribus intermittentibus ſunt ſequentia.

℞ aq. card. benedict. ℥v. ſal. card. bened. ℈j. ad ℥j. ſpir. ſulph. per campan. gutt. xx. ſyrup. caryoph. ℥j. Mſ. & ſumatur ſeſquihorâ ante paroxyſmum.

℞ theriac. Lond. ℥ijſ. extende ſuper corium inſtar majoris ſcuti ſtomachalis: ſtatim poſt aſſumptum hauſtum prædictum horâ unâ ante paroxyſmum applicetur ita ut pars infima ſcuti tangat umbilicum, & pars ſuperior ad ſternum deveniat, ut tegat coſtas nothas & ſtomachum; ligetur linteo duplicato, illud aſſuendo ut firmiter adhæreat. Applicetur actu calidum, & remaneat ad proximum paroxyſmum, quo tempore repetatur cum hauſtu prædicto ut ſuprà, ſicq; ad tertiam vicem aut diutiùs uſurpetur, & quolibet paroxyſmo expectetur ſudor.

Nux moſchata indita cæpæ majori excavatæ ad meditullium coquatur ſub cineribus in foco, molleſcet & facilè diſſolvetur in vino albo, cum quo præparetur hauſtulus propinandus paulò ante paroxyſmum, tegatur æger ut ſudores eliciantur, & repetatur ad tertiam vicem.

℞ ſal. abſinth. ℥ſ. elect. de ovo ℥j. aq. card. benedict. ℥iv. Mſ. & ſumatur horâ ante paroxyſmum, ut ſudores eliciantur.

℞ hydrarg. ℥ſ. theriac. mithridat. ana q. ſ. f. *Unguentum* carpis applicandum adventante paroxyſmo.

Genitale

Genitale cervi pulverizat. ad ℥j. in aq. card. benedict. ante paroxyſmum ſumptum tribus acceſſionibus febrem tollit.

Duabus horis ante paroxyſmum ligentur ſummitates omnium digitorum (excepto medio) cum lana rubra, ita ut cum dolore intumeſcant, & certiſſimè in tribus acceſſionibus febrem tollet.

Cortex interior ſambuci pulverizat. ad cochl. j. in liquore poſſetic. infrà & ſuprà ſat violenter purgat, ſed paroxyſmum certò fugat ſecundâ vice, ſi modò applicetur Emplaſtrum de pice Burgundiaca cordis ſcrobiculo & carpis, (quod varia excitabit tubercula) & ſi ligetur index manûs dextræ arctè cum funiculo, digito priùs corio obvoluto, horâ enim acceſſionis dolor ferè intolerabilis invadit.

In *Quartana* convenit methodus ſequens.

Purgetur æger primò bis vel ter extracto pſeudo-veratri ad ℥ſ℈. cum ol. thym. gutt. vij. & ſal. abſinth. gr. vij. formâ pilulari.

Interea paretur Aqua ſequens.

℞ cochlear. Batav. m.viij. tapſi barbat. cum toto m.ijſ℈. rad. bryon. alb. conciſ. & contuſ. m.ij. fol. laur. m.jſs. rad. raphan. maj. m.ij. Contundantur in mortario, & adde vin. alb. ℔vj. digere per hor. 48. dein diſtillentur in alembico vitreo in balneo ad ſiccitatem. ℞ hujus aquæ ℥iiij. vin. alb. ℥iij. ol. piper. vel thym. gutt. vij. ſacch. q. ſ. Mſ. & ſumatur extra paroxyſmum ad libitum.

Incipiente paroxyſmo exhibe tinctur. garyophyllor. ℥jſſ. ſucci limon. ℥ſſ. vin. albiſſ. vel aq. febrifug. ℥ij. Mſ. f. *Hauſtus.*

Tinctura garyophyllorum hæc eſt:

℞ garyophyllor. per medium diſſect. non contuſ. ℥iv. ſpirit. vin. ℔j. extrahatur *Tinctura* ad uſum.

Purgetur æger ſemel in ſeptimana cum extract. veratri ℥ſſ. extract. ſcammon. ℈ſſ. crem. tart. ℈ij. Mſ. f. *Pil.*

Si alvus interea non reſpondeat, injiciatur Enema purgans.

Poſt omnia applicetur Epicarpium prædictum è cortice mediano juglandis.

Pulvis Antifebrilis Dom. Potts.

℞ mercur. ſublimat. cum vitriol. & ſale petræ, non autem cum arſenico ℔j. (cujus ſinceri ſignum eſt ut non malè oleat ſi in ignem ponatur, & flammam cœruleam emittat non viridem) ſal. petræ albiſſ. & duriſſ. ℥j. flor. ſulph. puriſſimi ℥j. tartar. alb. & lucid. ℥j. antimon. (quod non ſit nigrum nec fragile, ſed radiis claris diſcriminatum & ſcintillans) ℔ij. Omnia ſeorſim pulverizentur, & ſimul calcinentur (id eſt, omnes ſpecies præter mercurium) & inter calcinandum tegatur crucibulum latere, ſæpiùs tamen amovendo laterem & materiam ſpatulâ ferreâ agitando, uſq; dum ſal petræ flammare deſinat, tunc enim calcinatio perfecta eſt: his factis amoveatur ab igne, & refrigeſcat; frangatur crucibulum, materiáq; calcinata redigatur

digatur in tenuiſſimum pulverem, qui pulvis miſceatur cum ſuperiori ſublimato, & bene incorporentur per agitationem, retortæq; imponantur, & per cineres diſtillentur paulatim per ſex horas, ignem gradatim adaugendo; tunc horis xij. ignis continuetur, & aliis xij. refrigeſcant omnia. Primo ſaltu aſcendit mercurius & circum-circa movetur, donec tandem ſubſidat; tum alius ſpiritus ruber aſcendit, qui tandem quoq; ſubſidet in recipiente, ſed ſine commiſtione in alio circulo. Aperto receptaculo ad ingreſſum aëris coaleſcunt in unum ambo ſpiritus: tunc præcipita cum aqua pluviali ter diſtillata tribus aut quatuor lotionibus, donec aqua ſalſedinem non ſapit, & cultrum inditum non denigrat. Demum affunde ſpiritum vitæ aureum pulveri, ita ut fiat inſtar pultis, maceretúrq; ſex horis; tunc in patina vitrea lentiſſimo calore exſiccetur, ita ut in exſiccatione inſumantur duo aut tres dies.

Pulvis iſte benedictus tollit quod in corpore redundat, ſupplet quod deficit, nec antecedente ullo præparativo indiget.

In omnibus ferè morbis exhibetur totúmq; corpus mirabundè perveſtigat. *N.B.* Hic pulvis non eſt exhibendus Lunâ peragrante Arietem aut Leonem. Sæpiùs pulvis hic exhibetur cum bezoar. orient. grano uno aut altero, nam vim diaphoreticam pulveris auget, adeò ut meliùs operetur. Non eſt temerè exhibendus in declinatione morbi, præſertim ubi adeſt virium imbecillitas, & morbus diuturnus,

nus. Dosis summa ad gr. jſs. Semper bona est operatio, licèt aliquando satìs valida.

Potts solebat antimonium solum cum sale nitro calcinare in pulverem ex albo flavescentem, & reliquos pulveres separatim tritos miscere cum sublimato, dein omnia simul distillare ut suprà cum amplo recipiente. In collo retortæ undiq; optimè lutatæ relinquebat spatium nudum diaphanum, ut progressum operationis videret.

Dum fit hæc operatio, oportet noctem insomnem traducere. Quod est in suprema parte retortæ, venenatum est; quod in fundo, utile, & reliquis omnibus rejectis sumendum.

Pulvis est ex albo flavescens; si imponatur laminæ, non fumat.

Tractatus

Tractatus II.

DE

MORBIS EXTERNIS.

MOnendus eſt Lector, Libri hujus Editores ideo Morbos omnes in hoc ſecundo Tractatu contentos in *Externorum* numero recenſuiſſe, quoniam oculo manuiq; pateant, remediiſq; *præcipue* topicis ac *externis* curentur, quanquam *interna* quoq; utplurimum poſcant.

Hiſce vero præmittere liceat aliquid de *dolore Colico*, utpote in ſyntagmate haud pridem edito omiſſo, eo quod Authoris præſcripta ad morbum hunc ſanandum Editoribus tunc non fuiſſent communicata.

Tractatus II.

DE

MORBIS EXTERNIS.

CAP. I.

De Colica, præſertim bilioſa.

PRimò injiciatur *Clyſter* hujuſmodi.

℞ fol. malv. mercurial. ana m. ij. flor. chamæm. hyperic. fol. abſinth. laur. ana m. j. ſummit. aneth. centaur. min. flor. melilot. ana p. iij. ſem. aniſ. fœnic. dulc. bacc. laur. junip. ana ℥iij. ſem. lin. fœnug. ana ℥ſſ. Coq; in aq. f. q. ſ. ad ℔j. Colaturæ adde catholic. elect. lenitiv. ana ℥jſſ. vin. hyacinth. ol. nuc. ana ℥iv. Mſ. f. *Clyſter*. Huic quoq; addi poteſt (ſi renes afficiantur) terebinth. ovi vitell. ſolut. ℥ſſ. *Clyſter.*

Poſt Clyſterem rejectum ſumat *Bolum* ſequentem.

℞ conſerv. menth. ℥ſſ. confect. alkerm. ℈j. lap. contrayerv. gr. x. nepenth. gr. iv. ol. ſtillat. aniſ. gut. j. Mſ. f. *Bolus* ſtatim ſumend. ſuperbibendo hauſtum aquæ chamæmel. *Bolus.*

Æger *purgari* poteſt cum pilulis Iliacis Rhaſis aut Coch. minoribus. *Purgatio.*

Exhiberi

Aq. purgantes. Exhiberi quoq; poſſunt *Aquæ Ebſhamienſ. purgantes* per dies viij. x. aut xij.

Semicupium. Parari poteſt *Semicupium* ex emollientibus & diſcutientibus, *Fotûs* infrà præſcript. auctâ quantitate, aut *Balneum* horâ aliquâ matutinâ vitato nimio calore; & dum adhuc eſt in *Semicupio*, ſumat *hauſtum* ſequentem.

Hauſtus. ℞ ol. amygd. dulc. rec. ℥iiij. aq. flor. chamæm. ℥ij. Mſ. f. *Hauſtus.*

Repetantur *Clyſteres* & *Purgantia*, ſi dolores adhuc perſeveraverint.

Venæſectio. Si adſit Plethora, convenit *Venæſectio.*

Narcotica. *Narcotica* in larga doſi, *viz.* Laudani Lond. ad gr. iv. hîc ſummo ſunt in uſu.

Cucurbit. Notandum *Cucurbitam* magnam, quæ ſecundùm Galenum quaſi miraculo ſedat dolores colicos, applicandam eſſe loco dolenti; & ſi ab eo loco removeatur dolor, cucurbita iterùm loco affecto eſt applicanda, donec omnino ceſſaverit.

N.B. Si ſit diuturna, multùm ſæpè prodeſt *Cereviſia laxans* in Gerhardo deſcripta in cap. *De Rhabarbaro Monachorum* ſeu Patientia.

Litus. *Litus* fieri poteſt ex ol. roſ. viol. ana ℥ij. acet. ſambuc. ℥j. Mſ. f. *Litus* pro toto abdomine, ſuperpoſito calente linteo.

Inunctio fieri poteſt cum Galbaneto Paracelſi.

Applicetur quoq; *Cataplaſma* ſequens.

Cataplaſma. ℞ rad. alth. lil. alb. ana ℔ß. fol. malv. parietar. viol. ped. anſerin. bet. bardan. ana m.ijß. rad. bryon. utriuſq; ana ℥iiij. Coque in lacte ad pulticulam, teratur pulpa, & per ſetaceum trajiciatur; adde farin. lin. fœnugræc. avenac.

avenac. ana ℥ij. pulv. flor. chamæm. melilot. ana ℥ſſ. pingued. anſerin. axung. ſuill. veter. ſine ſale, butyr. rec. ana ℥jſſ. mell. crud. ℥iij. croc. pulv. ℥j. Mſ. f. *Cataplaſma* parti dolenti applicandum è ſtuphis cannabinis mollibus pexis, ſuperpoſito duplici linteo, & renovetur bis in die.

Emulſiones & amygdalata multùm hîc prodeſſe ſolent ad humorum acrimoniam temperandam. *Emulſiones.*

Si ſit Chronica & ſæpè recurrat, devenien- *Ad Colicam chronicam.*
dum eſt ad uſum *Chalybeatorum* paroxyſmo finito, *viz.*

Sumere poteſt *chalybem* ſine igne & aceto *Chalybeata.*
cum ſola aqua præparatum, cum pilulis è gummatibus ſequentibus.

℞ gum. ammoniac. cum acet. ſcillit. ſolut. *Pil. è Gummatibus.*
& inſpiſſat. ℥j. ſagapen. opopanac. ſarcocol. ana ℥ſſ. bdell. myrrh. gum. guaiac. ana ℥iij. croc. ℥ij. ſal. abſinth. card. benedict. tart. vitriolat. ana ℥j. cum ſucc. abſinth. q. ſ. f. *Pil.*

Aut fieri poſſunt *Aquæ minerales* modo ſequenti.

Præparetur liquor ſtillatitius è ſero lactis *Aquæ minerales factitiæ.*
rec. cum herb. malv. violar. parietar. oxylap. taraxac. pulmonar. endiv. agrim. plantag. cichor. fragar. oxal. becabung. naſturt. aquat. cochl. vulg. ana faſcicul. duobus: Ex iſtis conciſis ſucceſſivè evocentur in vaſe refrigeratorio in B. M. ſeri lactis rec. præpar. cong. xxx. & extrahatur ea aquæ quantitas quæ poterit effluere ſine ulla mali ſaporis communicatione: Liquor iſte reſervetur loco frigido

gido in magna amphora probè tecta. Singulis congiis hujus aquæ adde animæ hepat. niveæ gr. xxiv. Usûs tempore addi poteſt aliquid vini Rhenan. & acidulæ fieri poſſunt cum pauco ſucc. limon: Edulcorari poſſunt cum ſaccharo, aut aromatizari cum expreſſione corticis exterioris citri, limon. vel aurant. ſucculent. Si velis ut purgent, adde aliquid ſyrup. roſ. aut mannæ. Fieri poſſunt inſtar vini Hippocratic. cum cinamom. aut coriand. & ſacch. vel inſtar Ptiſanæ cum glycyrrhiz. Hiſpanic. Incipiat æger cum ℔j. & procedat ad ℔vj. aut viij. quotidie per dies 40. Decimo quoq; die ſumat lene aliquod catharticum, *viz.* * ſyrup. meum panchymagog. dulcem cum infuſo ſennæ, aut in doloribus pertinacibus † ſyrup. panchymagog. amar. ad ℥jſs. aut ℥ij.

† *Vid. append. ad ſyntagm. prius edit.*

Aquæ tamen minerales acidulæ naturales ſi haberi poſſunt, plus præſtant.

Præcipua Alexicaca apud Pictavienſes ſunt *Mercurius* & *Aquæ minerales* purgantes & acidulatæ.

Notandum, Alvus ſemper laxa ſervanda eſt.

Hæmorrhoid. apertio.

Hæmorrhoïdum apertio aliquando convenit.

Si ſit à Lue Venerea (ut aliquando fit) tota curatio conſiſtit in Mercurialibus, *viz.* Æthiop. mineral. & † manna Mercurii purgante.

† *Vid. eundem appen.*

Specificum.

In hiſce doloribus colicis à bile, unicum mihi eſt remedium, *viz.* *Mercurius dulcis*, vel manna cathartica purpurea, cum pilulis mochlicis

mochlicis aut cochiæ minoribus, vel extracto colocynt. Hinc enim educitur bilis inſtar graminis, à quo vitriolo liquido in viſceribus generato cenſeo excitari atroces iſtos cruciatus: qui peccans humor ſi vi naturæ expellatur in medullam ſpinalem vertebris lumborum contentam, fit inferiorum partium reſolutio; ſi pars magis ſulphurea ſurſum repat, utplurimum ſuccedit brachiorum contractura.

Specificum in hoc caſu eſt *allium* crudum comeſtum; aut ex allio contuſo, & in aqua cocto, addito vino generoſo, fiat *Clyſter* potens in hoc affectu. Clavus allii rariſſimo linteo vel ſyndone obvolutus indatur calidè umbilico & idoneâ faſciâ contineatur, potenter expellit flatus per inferiora. *Aliud.*

℞ nucl. perſic. mund. nº iv. gland. ſicc. nº ij. Mſ. f. *Pulvis*, & propinetur cum vino albo. Potenter ſedat dolores colicos. *Aliud.*

Salis armoniac. portio glandis inſtar confingatur & ſupponatur: inſtar miraculi, *Miſerere mei* ſanat, ut ſæpiùs fuit expertum, & quidni in Colica prodeſſet? *Aliud.*

Quidam Colicam cum horrendis doloribus magnâ alvi duritie, & volvuli inſtantis non inani metu hoc modo ſedavit. Primò injecit clyſterem, quo rejecto, ℥iij. ol. amygd. dulc. propinavit, & poſt horam unam dedit globulum plumbeum nitidum & recenter fuſum hydrargyro multo oblitum deglutiendum: ægrum ſemicupio commiſit, ſoluta copiosè alvus, excretus cum fæcibus globulus, ſedati dolores, brevi convaluit æger. *Obſervatio.*

Ego

Altera. Ego Lutetiæ ſartorem meum per plures dies Colicâ biliosâ cruciatum, alvi aſtrictiſſimæ, irritis enematibus, quorum tres quatuórve ſucceſſivè injectos retinebat omnes, liberavi intra dimidium diem imperato balneo univerſali è decocto herbarum emollient. & raporum & pluribus olei communis menſuris, & propinatis ad minus ℥viij. unâ vice ol. amygd. dulc. rec. extracti: apertæ viæ, & ſoluta alvus, cum retentis enematibus ingentem fæcum quantitatem fudit; ſedata omnia, placidè ea nocte dormivit; purgatus poſtea ex arte, perfectè convaluit.

Inflatio cum *folle fabrili* levamen aliquando affert, de qua vide Hippocr. cap. *de Volvulo.*

Mercurius crudus. Poſt omnia, aliis ſine levamine tentatis, deveniendum eſt ad uſum *Mercurii crudi* magnâ quantitate exhibiti, cum ſyrupo aliquo aut cum oleo amygd. dulc. commiſt. aut in vino dulci: indéq; nihil eſt metuendum mali, ut apparet ex hiſtoria Mendici, qui hauſtis plurimis unciis mercur. crud. & obturato podice ſe à dæmone obſeſſum ventrem pulſante fingebat: poſt actam figmenti fabulam detracto obturamento, mercurium vaſculo recipiebat per anum, abluebat, & renovatâ impoſturâ quotidiè innoxiè ebibebat. Quidam quoq; Londini per dies quatuordecim mercurium crudum in ventre detinebat ſine ullo incommodo: aliquando tamen ptyaliſmus levis ſub finem excitatur ſine ullo incommodo, ut Doctori Meverill accidebat. Eligendus eſt autem mercurius puriſſ. è cinnabare revivificatus, aut alio modo optimè depuratus.

CAP.

CAP. II.

De Enterocele.

P*Urgetur* Æger leniter cum manna, caſſia, *&c.* ad inteſtina evacuanda.

Dein uſurpetur *Fotus* ſequens ad partes relaxandas, ut reducatur inteſtinum.

℞ bulb. lil. alb. no ij. rad. alth. ſymph. maj. bryon. cicut. hyoſcyam. ana ℥ij. fol. malv. violar. tuſſilag. atripl. parietar. chamæm. ana m. ij. flor. melilot. malv. roſ. ana p. iv. ſem. lin. alth. ana ℥j. fœnugr. ℥ſs. Coq; in aq. f. pro *Fotu*, uſurpando per v. aut vj. dies. *Fotus emolliens.*

Poſt hunc Fotum veniendum ad *Fotum aſtringentem* ſequentem, inteſtino *viz.* in locum reducto.

℞ rad. biſtort. tormentill. ana ℥iv. ſymph. maj. ſigill. Salomon. ireos Flor. caryophyllat. ana ℥iij. fol. equiſet. jaceæ utriuſq;, ſummit. rub. pyri ſylveſtr. alchymill. plantag. burſ. paſtor. centinod. ana m. jſs. ſophiæ chirurg. m.ij. roſ. rub. p. iiij. cortic. querc. nuc. cupreſſ. gallar. balauſt. cortic. granat. ana ℥ijſs. alum. rup. ℥j. F. omnium decoct. in aq. fabror. addendo ſub finem vin. rub. auſter. quartam partem pro *Fotu* productionis peritonæi, uſurpand. bis in die cum ſpongiis intinctis & expreſſis, ægro in tergum jacente, per horam integram quâvis vice. *Fotus aſtringens.*

Utatur pulvere *herniariæ* & *nummulariæ* in juſculo mané.

Poſtea

Poſtea utatur æger *balſamo* ſequenti.

Balſamum. ℞ balſam. Peruvian. liquidambr. ana ℥jſ℈. ol. ſuccin. per diſſolutionem in ol. commun. vel lin. præparat. ℥j. maſtich. in ſpir. vin. ſolut. ℥vj. gum. tacamahac. ℥x. ol. nuc. moſchat. ℥ſ℈. ſpic. ℥ij. Mſ. f. *Balſamum* cum quo inungatur pars affecta, eandem manu calefactâ diu fricando ut penetret.

Poſtea applicetur *Emplaſtrum* hujuſmodi.

Emplaſtr. ℞ maſtich. ſpir. vin. ſolut. ℥ij. ſang. drac. eodem modo præparat. ℥j. rubin. ſulph. per ol. lin. è floribus præparat. ℥iij. ſang. human. vel bubul. aut cervin. ſicc. ℥jſ℈. myrrh. ℥x. oſſium human. aut vervecin. ad albed. calcinat. ℥vj. croc. mart. aſtring. ℥ij. cer. flav. in vin. Alicant. coct. ℥v. balſam. Peruv. q. ſ. Mſ. f. *Emplaſtrum* adhærens quidem, ſed non commaculans.

Continuò geſtet Æger ſubligaculum è chalybe & faſciam latam cum tribus quatuórve pulvillis triangularibus circum circa rupturam, ut junctæ partes citiùs & meliùs ferruminentur.

Conveniunt quoq; *Tabellæ* hujuſmodi, præcipuè ſi adſit tuſſis.

Tabellæ. ℞ pulp. rad. alth. & paſſul. extract. in decoctione ptiſanæ vulg. ana ℥j. pulv. glycyrrhiz. ℥iij. gum. Arab. ℥ij. bol. Armen. terr. ſigillat. ana ℥j. amyl. ℈iv. penid. rec. ſacch. albiſſ. ana ℔ſ℈. mucilag. gum. tragac. aq. tuſſilag. fact. q. ſ. F. *Tabellæ* lento calore ſiccand. ad uſum ordinarium longè à paſtibus.

Lac

Lac aſininum aut *caprillum* cum ſacch. roſ. per menſes duos aut tres uſurpetur, ſi tuſſis habitum contraxerit.

Vitentur flatus generantia, lacticinia, ſaccharata, & cruda omnia. Exercitia ſint moderata & non violenta. Alvus lubrica ſemper ſervetur. *Victus.*

CAP. III.

De Sarcocele,

SI Corpus ſit cacochymicum, conveniunt *Purgationes* frequentes, & *Diæta ſiccans*, præcipuè ſi adjuncta ſit hernia humoralis, ut ſæpiſſimè fit.

Præparetur *Cereviſia medicata* aut *hydromel* cum ebeno, ſcrofular. ſalv. montan. plurimâ ſarſaparill. ſantal. citrin. lign. junip. guaiac. fol. virg. aureæ, bugulæ, *&c.* addendo ſquamas ferri. *Potus Medicatus.*

Si Corpus ſit ſcorbuticum, *Cereviſia Medicata* ſit hujuſmodi.

℞ chin. ℔j. ſarſap. ℔ß. ſaſſafr. ʒiv. cort. pomor. redolent. ʒx. nuc. moſch. nº vj. ſucc. pomor. redolent. ℔iv. ſucc. cochlear. ℔v. naſturt. aquat. becabung. ana ℔ijß. cereviſ. lupulat. fort. ℔x. Fiat *Cereviſia Medicata*, addendo battituræ ferri nodulo incluſ. ʒviij. *Cereviſia medicata.*

Convenit quoq; *Electuarium* hujuſmodi in cacochymia.

Electuar. ℞ farin. ſarſap. ℥ij. rad. ſicc. enul. camp. ſcrofular. maj. filipend. valerian. maj. vincetox. chelid. maj. ana ℥j. ſantal. citrin. rhabarb. elect. ana ℥vj. rad. ari cum acet. præparat. ℥ſſ. fol. ſicc. abſinth. vulg. hyperic. centaur. min. cum toto, rut. eupator. Meſues ana ℥v. ſalv. montan. ℥vij. oculor. cancror. corall. rub. præparat. ana ℥x. corn. cerv. calcinat. ceruſſ. antimon. ana ℥iij. tartar. martial. ℥jſſ. F. *Pulvis* ſubtilis excipiend. cum q. ſ. ſyrup. ſequentis, ut f. *Electuarium:* unde ſumat ab ℥ſſ. ad ℥j. quotidie mane, ſuperbibendo hauſtum hydromelit. aut cereviſ. medicat. ſuprà præſcript.

Syrupus. ℞ ſalv. montan. m. vj. veronic. mar. caryophyllat. totius, chamæpit. ana m.ij. bacc. junip. rec. ℥viij. cortic. guaiac. ℥ij. ſaſſafr. flaved. citr. aurant. ana ℥j. Coquantur in aqua & vino Canarin. f. expreſſio & clarificatio. Adde mell. deſpumat. ſacch. ana q. ſ. Mſ. f. *Syrupus* ad uſum prædictum.

Chalybeata quoq; & mercurialia multùm hîc præſtant, ſi corpus ſit cacochymicum. Item aquæ Minerales & Bathonienſes.

Foveantur partes induratæ *Fotu* ſequenti.

Fotus. ℞ rad. alth. lil. alb. ana ℥iv. ſymph. maj. ℥iij. bryon. ℥ij. ſcrofular. irid. vulg. ana ℥jſſ. fol. malv. violar. chamæm. ana m. ij. flor. ebul. ſambuc. ana p. iv. ſem. lin. ℥iij. fœnugræc. ℥ij. cortic. med. ulm. ℥v. Coque in octo partibus aquæ & una mellis, addendo ſub finem decoctionis partem decimam ſextam acet. vin. acerrim. Mſ. f. *Fotus* bis in die calidè cum ſpongiis latis intinctis & expreſſis viciſſim

viciſſim applicandis uſurpandus per duas horas quâvis vice.

Dein *inungantur* partes affectæ *unguento* ſequenti.

℞ calcis filicum q. v. cui affundatur aqua, agitentur ſimul ſpatulâ; factâ reſidentiâ, aqua agatur per filtrum; iteretur ablutio & decantatio per vices decem: tandem ſemel abluatur aquâ roſarum, & ſinatur exſiccari. ℞ iſtius calcis ℥iij. ol. roſ. ℔j. aut ℥xij. cer. alb. ℥iij. cera liquatur in oleo, tolle ab igne, & cùm incipiant coagulari, adde calcem reductam in pulverem impalpabilem, & f. *Unguentum.* *Unguentum.*

Memento quoq. lactis aluminis cum ſpir. vin. & album. ovi; agitando cum fruſto aluminis: applica è multiplicibus linteis. *Specificum.*

Poſt Fotum & Inunctionem applicetur *Cataplaſma* hujuſmodi.

℞ rad. cicut. hyoſcyam. rec. ana ℥iv. ſcrofular. maj. gladiol. ſpatul. fœtid. ana ℥ij. bulb. lil. alb. rad. alth. ana ℥iij. Coq; in lacte ad putrilag. tere & per ſetaceum trajice. Huic pulp. adde farin. fabar. & hord. in æqual. partibus, urin. pueri & oxymel. coct. ad pultículam ana ℥jſs. pulv. flor. chamæm. ℥ſs. pulv. fol. cupreſſ. ℥ij. mucilag. ſem. alth. lin. malv. & fœnugr. extract. in urina pueri ℥iv. unguent. populn. & dialth. ana ℥iij. ſperm. cet. ℥ijſs. mercur. crud. ℥ij. Mſ. f. *Cataplaſma* applicandum è ſtuphis lineis ſcroto. Perſiſtat in hujus uſu per dies x. aut plures. *Cataplaſma.*

Quodſi incommoda videatur cataplaſmatis ſubligaculo & faſciâ idoneâ coercendi geſtatio, applicetur tale *Emplaſtrum.*

Emplaſtr. ℞ emplaſtr. de Vig. quadruplicat. mercur. ℥ij. diachyl. ireat. diachyl. parvi Meſues ana ℥jſs. gum. ammoniac. in ſuccis hyoſcyam. & cicut. ſolut. ℥j. pulv. ſubtil. rad. ſcrofular. maj. gladiol. ana ℥ſs. hermodact. ℥iij. camph. ℥j. ol. catul. lumbric. & ceræ flav. q. ſ. Mſ. f. *Emplaſtrum* continuò geſtandum, niſi removeatur ad partem detergendam.

Si nullo modo ad ſuppurationem tendat,

Lotio. ℞ aquæ, vini, acet. vin. alb. ana ℔ij. litharg. aur. ℥vj. ſal. m. jſs. alum. gum. Arab. oliban. ana ℥ij. myrrh. ℥j. Bulliant ſimul per horam dimidiam: applicetur è ſpongia molli calidè bis in die cum ſubligaculo.

Aut fiat *Suffitus* cum Trochiſcis ſequentibus.

Suffitus. ℞ thur. maſtich. ſandarach. ana ℥j. colophon. ℥ij. ſtyrac. calamit. benzoin. ana ℥ſs. camph. ℥j. cinnab. ℥jſs. antimon. crud. ℥ijſs. F. alcohol & cum terebint. q. ſ. f. *Trochiſci* ponderis ℥ij. vel ℥iij. *Fumus* excipiatur in ſella perforata ſemel aut bis in die, cavendo nequid exhalet.

Poſtea applicetur *Emplaſtrum* ſequens cum ſubligaculo continuò geſtandum.

Emplaſtr. ℞ emplaſt. diachalcit. ℥vj. gum. Ammon. acet. ſolut. ℥ij. mercur. crud. ℥iij. plumb. crud. pulv. ℥iv. ol. roſ. q. ſ. Mſ. f. *Emplaſtrum* quarto quoq; die renovandum.

Si

Si adſit humorum fluxus, conveniunt omnia evacuantia ſpecifica, ut Veſicatoria, Setones, *Pyrotica*, &c. & ad fluxum humorum promovendum in *pyrotico* fiant *Globuli* ſequentes. *Pyroticum.*

℞ antimon. crud. ℥j. ariſtoloch. rot. ℥ſſ. hermodact. ℥ij. cantharid. ℥j. cer. virid. q. ſ. Mſ. f. *Globuli* pyrotico indendi. *Globuli pro Pyrotico.*

Alvus laxa ſervetur, & *Victus* ſit ut in *Enterocele.*

CAP. IV.

De Procidentia Ani.

INjiciantur *Enemata* refrigerantia & aſtringentia. Fiant *Injectiones* aſtringentes cum balſamo ſulph. quod laxitatem multùm emendat. Dein veniendum ad uſum *Fotûs* ſequentis.

℞ ſcroful. maj. totius, chelid. min. ana ℥iv. rad. ſymph. maj. ſigilli Salomon. cum toto ana ℔ſſ. rad. cynogloſſ. ℥vj. fol. ebul. ſambuc. alchymill. ſumach, prunell. piloſell. ſummit. rub. ana m. j. roſ. rub. p. iiij. prunell. ſylveſt. ℥v. ſem. plantag. oxylapath. cupul. gland. gallar. ana ℥ij. Craſsè contundantur omnia, & in pyxide ſerventur ad uſum. *Fotus.*

℞ hujus materiæ ℥ij. Coq; in ℔iij. aq. f. ad tertias; adde vin. rub. auſter. ℔j. F. Colatura, cujus pro vice ſumantur ℥viij. Caleſiat

liquor, & mane & veſperi cum duabus ſpongiis imbutis foveatur pars affecta, etiam ſine uſu ſellæ, viciſſim applicandis, cavendo à nimio calore, per dimidium horæ.

Poterit etiam poſt reddita excrementa & repoſitum procidentem anum pars elui hoc liquore.

Dein applicetur *Linimentum* ſequens è bombace vel lana molli carpta, aut linteis ſtupis pexis, ſuperpoſitis idoneis pulvillis & faſciâ triplicatâ, ut artis eſt.

Linimentum. ℞ rad. ſcroful. maj. rec. ℥vj. beton. aquat. totius, craſſul. totius ana m. iv. cynogloſſ. junioris totius m. iv. flor. ſcroful. maj. betonic. aquat. melilot. hyperic. tapſ. barb. ana p. iij. cort. median. ulm. ſem. lin. fœnugr. ana ℥jſs. ſummit. tenell. ſambuc. heder. terreſtr. ana p. iv. chelid. min. totius m. jſs. axung. ſuill. rec. ℔iv. allæ generoſ. rec. non fermentat. ℔v. ſucc. fol. tapſ. barbat. ℔ij. Coquantur omnia, addendo ſcarabæos pilulares nº 100. F. ebullitio lenta ad liquorum conſumpt. & omnium putrilaginem; exprimatur pinguedo, cujus refrigeratæ pars purior ſeparetur à fæculento craſſamento. ℞ hujus pingued. ℥vj. unguent. populn. olei expreſſ. è nucleis bericocci, vel ejus defectu ol. ovorum non combuſt. ana ℥jſs. alb. græc. idoneo tempore collect. non fœtent. ℥x. Nutriantur omnia in mortar. plumb. adde cinnab. vulg. pulverizat. ſubtiliſſimè ℥ij. Ducantur in porphyritem ad perfectam commiſtionem, & f. *Linimentum* ad uſum prædictum.

Linimento

Linimento huic addi poſſunt centum millepedes in porphyrite cum aliis contriti.

Reddat æger alvi excrementa per tabulam perforatam ita ut podex inverti nequeat.

Nihil præſtantius eſt ad hos affectus, quàm Electuarium ſpecificum è ſcoria ferri præſcribendum pro re nata.

Vide de uſu trifolii hæmorrhoidali.

Si Condylomata moleſta eſſe perſeverent, intumeſcant & indurentur, ne vel occupentur gangrænâ vel ruant in cancrum, vel ſecentur vel urantur vel ligentur.

Interna varia præſcribantur juxta occaſiones varias, ſeu alterantia, ſeu derivantia, ſeu intercipientia, *&c.*

Cogita de Phlebotomia in partibus ſuperioribus, & de vomitu ſemel aut bis in menſe.

Suffitus non eſt excipiendus in ſella perforata, fiat potiùs per aviculas cyprias mercuriales admixtâ odoratis ſiccantibus cinnabari dupliciter proficuâ, *viz.* ratione ſulph. & mercurii.

CAP. V.

De Ulcere ab Urethra in anum pervio.

PErpetuò teneatur in urethra ipſáq; veſica cereum, quod ex multis filis & pauca cera conſtet; pars autem ea quæ ulcus tangit, tegatur cerato diapomphol. vel alio ſiccante remedio emplaſtico, ut quàm citiſſimè ulcus exſiccatum curetur: appetente meiendi deſiderio, extrahatur cereum, & urina prolectetur per viam conſuetam.

Continuò teneat in ano ſequentem mixturam balſamicam, quâ poſt excrementorum evacuationem rejectâ, primò fiat injectio ex * aqua ſclopetorum vel decocto alio vulnerario, dein optimè detersâ parte injiciatur per veſicam *Balſamum* ſeq.

Balſamum. ℞ tereb. Venet. ol. abietin. ana ℥j. hyperic. ℥ij. gum. elem. ℥ſ. vitell. ovor. no ij. Liquentur pinguia, & addantur vitella. F. Injectio tepida non ultra ℥j. vel ℥jſ. pro vice. Calefiat in aqua indita veſicæ, quæ replenda erit cum infundibulo. Si magnâ ſit opus exſiccatione, adde aliquid virid. æris & cum ol. nucum rec. extract. ſine igne & vino rub. coquantur veronica, brunell. millefol. agrimon. ſanicul. & rad. anchuſ. F. Colatura, cujus portio miſceatur cum cæteris.

Apozema. ℞ rad. ſarſap. ℥iv. raſur. lign. ſanct. ℥ij. rad. ſcroful. maj. chelidon. min. filipend. ana ℥j. glycyrrhiz. ℥ij. fol. ſcabioſ. m. iij. veronic.

ronic. utriuſq;, betonic. agrimon. ſanic. pyrol. ana m. j. vinc. pervinc. m. jſs. Infund. in aq. f. ℔vj. per horas 24. Coq; ad medias, aromatiza cum cinam. ʒiij. pro doſibus vj. bis in die ſumend. longè à paſtibus, cuſq; doſi addendo ocul. cancror. ℈j.

℞ ſarſap. ℔j. rad. arund. vallator. ʒviij. raſur. querc. ʒiv. filipend. ſcrofular. utriuſq; ana ʒiij. ruſci ʒv. fol. ſcabioſ. m. vj. ſanic. veronic. utriuſq;, bugul. prunell. millefol. ped. columbin. ana m. ij. glycyrrhiz. ʒiij. raſur. ebor. corn. cerv. oſſium bubulor. ana ʒijſs. nuc. moſch. ʒj. cereviſ. lupul. cong. vij. f. ut artis eſt, *Potus ordinarius.* *Potus Medicatus.*

Rarò *purgandus* eſt, nè ducamus per partem affectam: ſi tamen fiat, ſit cum rhabarb. & uvis Corinthiacis, addito ſaccharo.

Vomitus, ſi vires ferant, erit optimum.

Conveniunt quoq; *Diaphoretica.* Purgatio cum calomel. Item *Thermarum Aquæ* injectæ, potæ & pro balneo.

Convenit quoq; *Suffitus* cum cinnabari. Item rubinum ſulphuris paratum cum ol. ovor. & hyperici.

CAP.

CAP. VI.

De Varice in utroq; Teſticulo.

Cataplaſma. REcipe fol. ſicc. cupreſſ. ℥iiij. rad. conſolid. maj. ℥ij. ireos Florent. ℥ij. myrtyll. roſ. rub. balauſt. ana ℥j. bol. Armen. ſpod. corn. cerv. calcinat. oſſ. bubulor. maj. ana ℥x. ſang. drac. ſuccin. ana ℥vj. Mſ. f. *Pulvis* ſubtilis excipiendus album. ovi agitat. cum aceto vin. opt. additâ quartâ parte ol. roſ. F. veluti *Cataplaſma* applicandum in ingreſſu lecti.

Interdiu geſtetur *Emplaſtrum* ſequens.

Emplaſtr. ℞ emplaſt. contra ruptur. Cæſar. ana ℥ij. Emolliantur pauco ol. maſtichin. adde ſang. drac. ſuccin. præparat. ana ℥vj. croc. mart. aſtringent. ℥j. Mſ. f. *Emplaſtrum* extendendum in alutam, & applicetur cum idoneo ſubligaculo ſuſpenſorio.

Abſtineat æger ab omnibus exercitiis violentis.

CAP.

CAP. VII.

De Mammarum Affectibus; & primò de Cancro ulcerato.

LEnientibus agendum eſt & cardiacis, & humorum putredini reſiſtentibus: eáq; ſunt interna, aut externa.

℞ rad. ſcroful. maj. ℥ij. gladiol. ℥j. ecchii, ſcorzoner. tormentill. ana ℥vj. ſymph. maj. ℥x. corn. cerv. junior. raſ. ℥jſ℈. ebor. ℥ſ℈. viperar. præparat. ℥iij. margarit. præparat. corall. rub. præparat. ana ℥v. mart. per ſulphur præparat. ℥ijſ℈. oculor. cancror. ℥jſ℈. cort. exter. citr. ℥iij. pulv. elect. triaſant. diarrhod. abbat. ana ℥jſ℈. Mſ. f. pulv. adde conſerv. flor. nenuph. roſ. ana ℥iij. ſyrup. è pomis redolent. q. ſ. Mſ. f. *Electuarium.* Sumat quantit. nuc. jugland. mane & veſperi. Cuiq; doſi addi poſſunt diaphoret. antimon. gr. x. *Electuar. ſpecificum.*

Ante exhibitionem iſtius remedii, operæ pretium erit dare ℥ſ℈. aut ℈ij. aut ℥j. antidot. Saxonic. per tres aut quatuor dies manè ex aq. card. bened. Mariæ & ſcabioſ. cum pauco vin. alb. provocato deſuper ſudore ſtragulis.

Bene interim nutriatur lacte cum ſacch. roſ. Bibat vinum tenue dilutum ad duarum tertiarum conſumpt. Decoctum rad. tormentill. ecchii, acetoſæ.

Nè nimis citò purgetur.

Ulcus

Ulcus *abluatur* per iv. aut vj. dies ſemel, deinceps verò bis in die, hoc modo.

Lotio. ℞ rad. ſymph. maj. ℥ij. ſcroful. utriuſq;, gladiol. ana ℥ijſſ. ariſtol. rot. ℥jſſ. fol. pedis columbin. geran. Robert. veron. mar. prunell. millefol. ana m. j. vinc. pervinc. m. ij. roſ. rub. p. iij. ocul. cancr. pulv. ℥ijſſ. ſacch. cand. ℥vj. Coquantur omnia poſt infuſionem horar. 24. in vin. alb. ℔ij. ad dimid. Colaturæ adde ſal. Saturn. ℥ſſ. applicetur filamentis carptis.

Si *Lotio* hæc dolorem faciat, temperetur: vel donec ulcus lotionibus aſſueverit, paretur ſequens.

℞ aq. plantag. ſolan. nymph. roſ. ana ℔ſſ. ſal. Saturn. ℥ij. M. ſ. Utatur æger ℥ſſ. aut ℥j. pro vice in initio.

Poſt lotionem ſuperponatur *Unguent.* ſeq.

Unguent. ℞ cerat. Galen. rec. ℔ſſ. ſal. plumb. ſeu reſident. lact. virginal. ℥ij. antimon. crud. pulv. mercur. crud. ana ℥j. ocul. cancr. ℥jſſ. camph. ℥ſſ. ſucc. depurat. ſolan. ſemperviv. maj. ana ℥iij. Ducantur omnia (mercurio excepto) diutiſſimè in mortar. plumb. & f. *Unguentum* ad uſum dictum.

Ad dolor. ſedandum. Sævientibus *doloribus* applicentur vermes ulceri aquâ loti, & ſemel (aut metu fœtoris bis) in die renoventur. Aut ſi animalium motus ulceri faceſſat negotium, pulpa rad. conſolid. maj. crud. vel ſub cineribus coct. applicetur inſtar cataplaſmatis.

Specifica. *Specifica* ſunt pulvis ſtercoris human. calcinatus: calx cancrorum marinorum & aſtacorum, & pulvis bufonis terreſtris.

Intus

Intus ſumatur *Vinum helleboratum* ſequens.

℞ rad. elleb. nig. ℥ij. quibus conciſis & in aceto acerrimo per noctem maceratis affunda- *Vinum helleboratum.*
tur optimus ſpiritus vini, inde redigantur ad ſiccitatem. ℞ elleb. ſicc. præp. fol. ſen. ℥v. rad. ſcroful. maj. ℥iv. fol. veronic. mar. m.iij. cinam. ℥ij. zinzib. ℈viij. vin. alb. ℔viij. aq. fumar. pomorum ana ℥xxiv. Infundantur in frigido per hor. 24. F. Colatura, de qua ſumat ℥vj. horâ dimidiâ ante cibum. Paretur quarta tantùm pars.

At quoniam iſtud medicamentum pro uſuali uſurpari poteſt, ſatius erit præmittere potiones laxantes per v. aut vj. dies, deinde veniendum ad hoc vinum, aut * pilulas ſeniores nigras.

℞ pulv. fol. ſen. ℥iij. rad. elleb. nig. præparat. ut ſuprà ℥j. hermodact. turbith. ana ℥j. *Potio laxans.*
diagrid. ℥ij. ſarſæparill. ℥vj. cinam. ℥ſs. rad. ſcrofular. maj. ℥ij. Mſ. f. pulv. ſubtiliſſ. in partes xvij. æquales dividend. Infunde unam per noctem in vin. alb. & manè exprimatur & propinetur; & repetatur ad dies vj. vel viij. conſequentes pro viribus.

Repurgatum corpus hoc pacto à quotidiana ſaburra liberetur pilulis ſequentibus.

℞ aloes crud. ℥ſs. fol. ſen. pulv. ℥iij. pulv. *Pilulæ purgantes.*
fol. helleb. nig. præparatorum in pane hordeaceo (vel ſaltem ſiccatorum) ℥vj. crem. tart. ℥ij. caryoph. cinam. ana ℥ſs. F. alcohol, & cum extracto ſennæ liquidiuſculo f. maſſa, addendo ol. aniſ. ℈ij. Doſ. à ℈j. ad ℈ij. per dies x. xv. aut xx. mane ſuperhauſto juſculi tantillo.

Vel

Vel fiat cum *Hydromelite* ſpecifico vulnerario cathæretico ſequenti.

Hydromel purgans. ℞ rad. ſcroful. maj. & min. ana ℥iv. gladiol. ſpatul. fœtid. ana ℥iij. ellebor. nig. præparat. ℥iv. pentaphyll. tormentill. tapſi barbat. ſcorzoner. ana ℥jſs. fol. veronic. utriuſq; ſicc. virg. aur. ana m. ij. ſanic. prunell. pyrol. artemiſ. ana m. j. epithym. fumar. ana m. iij. ſen. mundat. ℥viij. rad. ſarſæp. chin. ana ℥v. cort. citr. flav. ℥ij. nuc. moſch. ℥j. Conciſ. & contuſ. adde *hydromel.* ex parte una mellis, & partibus viij. aquæ f. ad ſupernatantis ovi terminum coct. ℔xxv. ſucc. cochlear. ℔iv. naſturt. becabung. ana ℔ij. fermentationis oculor. cancror. ℥iv. vel fæcum cereviſ. ℔jſs. ſinatur fermentari donec liquor evadat defæcatiſſimus, dein tranſvaſetur. Sumat quotidiè cyathum unum horis duabus tribúſve ante prandium.

Ulceri inſpergatur *Pulvis* ſequens.

Pulvis ulceri inſpergendus. ℞ cancror. marin. calcinat. ℥iij. ſterc. canin. alb. & human. calcinat. fæcum mellis ana ℥iv. conchar. oſtrear. & pectunculor. calcinat. ciner. ſabin. tabac. ana ℥ij. bufon. terreſtr. lacert. virid. calcinat. ana ℥j. Omnia in cineres reduct. ſerventur in ampulla vitrea optimè clauſa ad uſum. Si majori exeſione opus erit, huic adde parum mercurii præcipitati pro re nata.

Fixetur arſenicum cum nitro, & ejus exploretur effectus.

Vitrum antimonii exedens, vel mercurius vitæ pulveri addantur, undiquaq; enim antimonium ſecum prolectat, quo ſpes eſt fore, ut

ut diſſolutus ſal arſenicalis cancrum conſtituens ex parte educatur. Interim dum internis prædictis cauſæ antecedenti proſpicietur,

Per vices partes molliores tangantur *balſamo Saturni*, quod brevi & ſine magno dolore carnem exedit. Ut *Balſamum Saturni.*

℞ minii q. v. bulliat in aceto vini, filtretur & coaguletur in balſamum ad uſum.

Poſtridie applicationis iſtius pulveris utendum *Unguento* ſequenti, donec eſchara deciderit.

℞ axung. ſuill. rec. butyr. rec. ana ℔ß. ſucc. veron. ſcroful. apii, herb. Robert. ana ℥iv. pedum columbin. ℥vj. bulliant ad ſuccorum conſumpt. & refrigerata axungia à fæcibus ſeparetur. Hujus ℞ ℥iv. terebinth. Venet. ℥ij. ol. roſ. ℥ijß. picis naval. ℥j. vitell. ovor. nº iv. F. ſ. a. *Unguentum.* *Unguentum ad Eſchar.*

Paretur *Electuarium* ſequens, de quo ſumat quantit. nuc. jugland. quoq; mane jejuno ventriculo.

℞ carn. ſerpent. cum cord. & hepat. præparat. ℥iv. aſellor. in clibano exſiccat. ℥ij. pulv. fol. veronic. ophiogloſſ. virg. aur. ana ℥j. ſolutionis oculor. cancror. ℥jß. ſyr. è pomis redolent. q. ſ. Mſ. f. *Electuarium.* Adde chalyb. præparat. ℥ij. cort. citr. exter. pulv. ℥ß. *Electuar. ſpecificum.*

Toti mammæ ſuperponatur *Emplaſtrum* ſequens continuò geſtandum.

℞ maſſ. empl. diachalcit. ℥viij. malaxentur cum ol. roſ. adde ciner. ſerpent. & bufon. ana ℥j. ſulph. antimon. rub. vel ejus loco croc. metall. *Emplaſtr.*

metall. ſubtiliſſ. pulv. mercur. vit. ana ℥vj. amalgam. Saturn. & mercur. ℥jſſ. ſal. Saturn. ℥x. flor. Jovis ℥v. Mſ. f. *Emplaſtrum.*

Aut ℞ empl. diachalc. ℥viij. antimon. crud. pulv. amalgam. Saturn. & Mercur. † mannæ Mercur. alb. pulv. per aquam ſalſam præcipitat. ana ℥ij. ol. roſ. tereb. Venet. ana q. ſ. Mſ. f. *Emplaſtrum.* Huic addi poteſt camph. ℥ſſ.

† *Vid. append. ad Syntag. I.*

Tumori duro cancroſo applicetur *Unguentum* ſequens.

Unguent. ℞ ol. lumbric. ℥iv. unguent. populn. ℥v. ceruſſ. Venet. ℥vj. Mercur. crud. ℥iij. cer. alb. ℥j. Mſ. f. *Unguentum.*

Poſtea applicetur *Emplaſtrum* hujuſmodi.

Emplaſtr. ℞ ſucc. cicut. totius, hyoſcyam. ana ℔j. ſucc. malv. ſcroful. maj. chelidon. min. totius ana ℔ſſ. acet. ℥v. gumm. ammon. ℥viij. Bulliant ad ſuccor. conſumpt. dein trajice gummi per canaputium, & ad debitam conſiſtentiam inſpiſſetur. ℞ gum. ita præparat. ℥iv. empl. diachalcit. nig. Ducis ana ℥ij. amalgam. Saturn. & Mercur. ſubtiliſſ. pulv. ℥iij. Mſ. f. *Emplaſtrum*, octavo quoque die renovandum.

Amalgam. ℞ plumb. ℥ij. fundantur in tigillo, fuſo metallo injice Mercur. current. ℥vj. agitentur radiculâ ferreâ, & illico ab igne remove, ut f. Amalgama ad uſum prædictum.

Fricatio cum oleo arſenici multùm hîc præſtat.

Partibus mortuis adhibeatur *Unguentum* ſequens circumpoſito defenſivo, nè labra ſanâ ulceris attingat.

℞ axung.

℞ axung. ſuill. ℔ß. veronic. fœm. rec. contuſ. m. iij. perſicar. maculat. m. jſß. nicotian. m. ij. ped. columbin. perſicar. fer. ana m. j. vin. alb. generoſ. ℔j. bulliant ad vini conſumpt. F. expreſſio per prelum: cape de hac axung. ℥iv. in quibus macera virid. æris ℥ij. ad lentum ignem per hor. xij. Cola iterum: adde gum. elem. ℥j. tereb. Venet. ℥ij. pulv. omnium herbarum prædict. ana ℥ij. ſterc. human. calcinat. mell. ciner. nicotian. ana ℥iij. auripigment. in porphyrite lævigat. cum aceto Saturn. primò, dein cum ol. tart. ℥iv. arſenic. fixat. ℥j. Mſ. f. *Unguentum.* Addi poteſt pulvis aſellor. in clibano ſiccat. bufon. exſiccat. & lacert. virid. exſiccat. *Unguentum pro partibus emortuis.*

Aquâ ſequenti cancrum ferè totum abſumpſi cum nullo pæne aut ſaltem exili & tolerando dolore.

℞ aq. ſtillat. (è ranis nº 100. cancr. marin. nº 50. cancr. fluviat. nº 100. veronic. utraq; herb. Robert. ana faſcicul. ij.) ℔j. ſpir. vin. opt. rectificat. ℔ij. Ægyptiac. ℥iv. ol. arſenic. parat. poſt fixationem cum ſale tart. (niſi per ſe velit reſolvi) ℥ij. Mſ. pro Injectione ſemel tantùm in die facienda. *Aqua gradatim partes mortuas conſumens.*

CAP. VIII.

De Bronchocele.

Purgatio. PUrgetur æger pil. Macr. à ℈j. ad ʒſs. per ſex dies conſequentes.

Sumantur horis duabus à levi cœna, & deinceps repetantur bis in ſeptimana.

Cereviſia medicata. Potus communis ſit *Cereviſia Medicata* hujuſmodi.

℞ ſarſæparill. alb. & medulloſ. ʒxij. rad. chin. ʒvj. raſur. lentiſc. buxi, lign. roriſm. ana ʒiv. ſaſſafr. cum cortice, calam. aromat. ana ʒij. ſantal. citrin. ʒijſs. rad. ſcroful. filipend. ſigill. Salomon. gramin. bulboſ. ana ʒiij. ſpong. bedeguar. ʒjſs. fol. ſicc. beton. chamæd. chamæpit. ana m. ij. ſummit. ſalv. rub. roriſmar. ana m. j. flor. cheyr. paralyſ. ana p. vj. raſur. corn. cerv. primar. rec. ebor. ana ʒxij. mac. nuc. moſch. ana ʒſs. Includantur omnia ſacculo è tela rara, qui indito ſilice ponderoſo pendeat in cong. x. cereviſ. lupulat. rec. Sinatur fermentari. Liquor limpidus includatur lagenis lapideis ſubere optimè obturat. reſervand. in cella ſubterranea, unde depromatur ad uſum.

Suffitus. Fiat *Suffitus* operimentorum capitis mane & veſperi cum *pulvere noſtro Cephalico ad Catarrhum.

Poſt purgationem prædictam ſex dierum utatur per dies xv. electuario ſequenti ſeu tabellis ſpecificis ad Bronchocelen.

℞ ſpong.

℞ ſpong. marin. in clibano ſiccat. & pulv. inter. oſſis ſepiæ ana ℥j. corn. cerv. calcinat. ℥iij. ſpong. bedeguar. adhuc virent. collect. & ſiccat. aſellor. vin. alb. lot. & ſiccat. ana ℥jſs. ſuccin. præparat. cinam. inter. ana ℥j. F. alcohol miſcend. cum pari pondere ſacch. cryſtall. excipiend. muccagine gum. tragacant. aq. cinamom. extract. F. *Tabellæ* ponderis ℥ij. Capiat unam primò per dies vij. dein duas per dies viij. tenendo in ore & ſenſim deglutiendo mane horis iv. ante prandium. Os colluat cereviſiâ medicatâ præſcriptâ, ejúſq; tantillum bibat: hoc fiat à plenilunio ad novilunium. *Tabellæ.*

Cereviſiâ utatur per menſes duos aut tres.

Quoad *Topica* præparentur *Sacculi* è tela pertenui vel panno ſerico, replendi mercurio calomelan. interbaſtat. *Sacculi.*

℞ acet. ſcillit. ℥xvj. litharg. auri lot. ℥iv. Coq. ad medias, filtra per chartam emporeticam. ℞ ol. amygd. dulc. cum rad. bryon. utriuſq;, cyclam. ebul. ſcrofular. in vin. Malvat. coct. ℥iv. axung. viper. pingued. anſer. ana ℥ij. Ex liquoris colat. ℥viij. cum camph. ol. ſolut. ℥ij. f. *Nutritum* ex arte; cui adde calomelan. diſſolut. per aquam ex ſale armoniac. fixat. ol. arſenic. ℥ſs. vel cryſtallor. ejuſd. ℥ij. & f. *Linimentum.* Diſſolutio hæc inſpiſſetur & reducatur veluti in oleum. Hujus loco poterit ſumi balſamum arſenic. ex cryſtall. ejus ℥j. & butyr. Maial. ℥j. Utere ut artis eſt. Si cryſtalli arſenici dulces præparati fuerint cum terra foliata, ſumantur ℥ij. tartari eorum ad ℥j. butyri. Unctio hæc moderatè *Linimentum.*

moderatè facienda eſt & ſuſpensâ manu. Memento olei lacertarum viridium & bufonum terreſtr. quæ animalia coquantur in ol. communi ad putrilag. additis etiam lumbricis, & f. Expreſſio ad uſum.

Emplaſtr. ℞ emplaſtr. alb. coct. ſive de ceruſſa, diachyl. ireat. ana ℥ij. ſparadrap Caltopi, gum. ammoniac. ſucco cicut. ſolut. & inſpiſſat. ana ℥j. lap. pyrit. cum acet. vin. acerrim. præparat. ℥jſ℈. amalgam. è partibus ij. Saturn. & unâ Mercur. balſam. Peruv. q. f. Mſ. f. *Emplaſtrum* quod facilè poteſt amoveri.

Uſus. Quoad *uſum* horum remediorum, ſacculi imbuti optimo ſpiritu vini calente ſint pro fotu glandularum, uſurpand. mane per horam integram, viciſſim ſacculos applicando. Poſt Fotum illico applicetur Emplaſtrum continuò geſtandum. Mane cum linimento quicquid emplaſtri parti adhæſerit mundetur, apprime detersâ cute. Sequatur ordine Fotus cum ſacculis, deinceps Emplaſtrum; & ſic quotidie per plures dies.

Sine tanto labore linimentum ex arſenico poteſt magnos tumores diſſolvere, ſed eo utere prudenter & excitatas veſicas curato lenientibus, eaſdem quoties opus fuerit renova, & ſic alternatim pergito uſq; ad diſſolutionem.

Multùm laudatur *Aqua* ſequens.

Aquâ ſpecifica. ℞ aq. frig. ℥xxxvj. ſpongiam fœminam conchyliis & lapillis ſcatentem crudam non uſtam, oſſ. ſæpiæ pulv. ana ℥ij. ſilices candent. alb. inſtar ovi gallin. Indic. no vj. Sigillatim & ſucceſſivè extinguantur in aqua prædicta

prædicta ſpecies prædict. Aqua coletur, de qua mane & in ingreſſu lecti exhibe iij. cochlearia, ſenſim deglutiendo, tumorem deorſim quinquies aut ſexies fricando, ídq; per 20. dies vel 40. niſi cedat malum. Poterit aqua gratior reddi cinam. pauco vel glycyrrhiza: Æſtate aqua facilè corruptibilis debet decimo die renovari. Quidni huic addi poterit ſyrupus ſpecific. è ſcrofular. filipend. ſigill. Salomon. & ſpong. bedeguar. ad conſervationem? Sed tunc augenda erit doſis.

Silices nigri quoq; è quibus ignis chalybe excutitur, igniti & aqua extincti multùm reſolvunt.

Aſelli quoq; præparati intus ſumpti multùm in hoc caſu præſtant.

Quotidie horis duabus ante prandium & ante cœnam dentur ℥ij. aut ℥iij. *Decocti* ſequentis.

℞ garyophyllat. veron. mar. ſcord. fumar. agrimon. calcitrap. totius ana m. j. Bulliant in vin. alb. ℔vj. ad medias. *Decoctum ſpecificum.*

Suppurati Tumores curentur unguento ex ol. ovor. terebinth. Venet. croco martis, mercur. præcipitat. *&c.* *Suppurati tumoris curatio.*

CAP. IX.

De Rachitide.

Purgetur Infans ſyrupo de cichor. cum rheo, vel alio, pro ratione ætatis.

Cereviſia Medicata. ℞ rad. ſarſæparill. filic. fœm. ana ℥iv. rad. pœon. mar. raſur. lign. junip. roriſmar. ana ℥ij. raſur. corn. cerv. ebor. dentis equi marin. ana ℥j. rad. gram. ſemin. portulac. caulium, pœon. mar. ana ℥vj. nuc. moſch. ℥ſs. Includantur omnia ſacculo è tela rara cum fruſto ferri pendent. ℔j. qui pendeat in allæ rec. cong. iv. addendo ſucci cochlear. noſtrat. ℔j. ſucc. naſturt. aquat. becabung. ana ℔ſs. Fermententur ad perfectam depurat. Liquor limpidus ſit pro potu ordinario, qui detur primò dilutus cereviſiâ tenui, dein impermixtus cùm infans ei aſſueverit.

Singulis menſibus exhibeatur *Cereviſia Rhabarbarat.* ſequens.

Infuſio Rhabarbarata. ℞ rhabarb. elect. ℈ij. corn. cerv. calcinat. ſem. portulac. ana ℥j. f. Puppa, cui in lagenula lapidea affundatur pinta una cereviſiæ tenuis, & f. *Infuſio* per triduum ante uſum, & erit pro potu ordinario durante triduo. Iſti autem dies ſint pridiè, poſtridiè, ipſóq; die plenilunii.

Liniment. ℞ cochlear. utriuſq;, becabung. naſturt. aquat, ana m. iij. fol. ſucculent. ſcrofular. maj. beton. aquat. ana m. iv. coſti hortenſ. eupator. Meſuë, angelic, leviſt. ana m. j. fol. beton.

ton. flor. paralyſ. ivæ arthrit. totius ana m. ijſs. ſalv. majoran. roriſmar. calamint. origan. laur. ana m. jſs. hermodactyl. ʒiij. caryophyll. cinamom. mac. ana ʒvj. axung. ſuill. rec. ℔iv. vin. Hiſpanic. Malag. aut Malvat. (quod melius eſt) ℔ij. vin. Alicant. cereviſ. Gedan. ana ℔j. Herbæ virides & ſuccu-lentæ incidantur, & admixtis cæteris coquantur ad putrilag. & liquoris conſumpt. F. Expreſſio fortis, cujus partis purioris refrigerat. cape ℔j. pingued. anſer. primò farcti baccis juniperi, laur. raſur. lign. Rhod. & cedri vel juniper. dein aſſati ʒiv. ol. lumbric. hyperic. ana ʒij. Mſ. f. *Linimentum* magiſtrale, quo mane & veſperi linantur junctura omnes & ſpina dorſi.

℞ cran. human. calcinat. corn. cerv. calci- *Tabellæ.*
nat. ana ʒſs. oculor. cancror. præparat. magiſter. corall. matris perlar. præparat. ana ʒiij. ſpod. ex ebor. corallin. ana ʒij. F. Pulvis ſubtilis, qui cum quadrupla quantitate ſacch. cryſtall. & mucag. gum. tragacant. aq. ſtillat. cochlear. Batav. extract. q. ſ. f. *Tabellæ* pond. ʒij. lento igne exſiccand. Sumat unam manè horis duabus ante jentaculum, ſuperbibendo cereviſ. medicatæ momentum.

℞ ſucc. cochlear. noſtrat. ʒiv. naſturt. *Syrupus.*
aquat. becabung. ana ʒiij. cochlear. Batav. ʒij. ſucc. limon. citr. ana ʒj. depurentur per reſidentiam, addatur ea quantitas ſacchari cryſtall. quam reſtibilis ſuccus per chartam colatus poterit diſſolvere, & f. ſyrupus in Balneo. Sumat cochl. j. duabus horis ante cœnam, vel per ſe vel cum cereviſia.

N. B. Veronicam marem excellentiſſimum eſſe in hoc affectu & ſimilibus remedium, cujus ſolius decocto Filius D. *Cook* Pharmacopolæ curatus fuit, pyrotico tantùm in nucha colli applicato.

CAP. X.

Ad Gangrænam varia Remedia.

Aqua ad Gangrænam Chirurgi Pariſienſis de la Haye.

Aqua. ℞ Recipe aq. calcis ℔j. mercur. ſublim. ſubtiliſſ. pulv. ℥j. Mſ. agitentur ſimul in mortar. vitreo cum piſtillo vitreo; aqua primò fit rubra, dein flaveſcit. Poteſt augeri aut minui doſis Mercurii pro re nata. Poſtea ut Eſchara brevi decidat, f. Cataplaſma ex urticis cum ſale communi contuſis & admotis: quod Cataplaſma ad omnia ulcera valdè eſt efficax. Ubi magna eſt putredo, adde ſpiritum vini & ſalis armoniac.

Item ℞ ſpir. vin. ℥vj. camph. ℥iij. alumin. ℥ij. Mſ. abluatur pars dum putredo ceſſaverit.

Aqua

Aqua in hoc Caſu & in Ulceribus præſtantiſſima.

℞ aq. puriſſ. ℔xij. Pariſienſes, h.e. ℔xxiv. *Altera.* calcis viv. ex lapidibus, non creta ℔ij. Infunde per horas 24. ſæpiùs agitando ſpatulâ ligneâ. Factâ reſidentiâ filtretur. ℞ hujus aquæ ℔iv. mercur. ſublimat. corroſiv. ʒij. Mſ. & coq; aliquantulum. Mercurius præcipitabitur è flavo rubeſc. Uſus poſt univerſalia: Agitetur phiala, & imbibantur pulvilli applicandi ulceri, necnon imbuantur ſplenia, mutando quartâ quâq; horâ. Ad Gangrænam huic addatur quarta pars ſpir. vin. opt. ſine phlegmate. Applicentur interim Cataplaſmata è farinis, theriaca, myrrha, & oxymelite. Quidam addunt alum. roch. ʒij. tartar. ʒj. ſal. marin. ʒjſs. & faciunt ebullire per horæ quadrantem.

In Gangræna pars priùs ſcarificari debet, & pars foveri debet quàm calidiſſimè ferri poteſt per ſemihoram.

Unguentum quoq; fuſcum Felicis Wirtzii eſt maximè in his affectibus efficaciæ, de quo vide in Libro Authoris.

Stercus humanum calidum cum urina calida adhibitum & applicatum per quatriduum, carnem mortuam ſeparare, & novam regenerare facit.

CAP.

CAP. XI.

Varia Remedia ad Ulcera.

Balſamum.

Balſamum. R Ecipe ol. olivar. lin. ana ℔j. tereb. Venet. ℥iv. ol. laur. ℥ij. junip. ℥j. virid. æris, aloës ſuccotrin. ana ℥ſs. ol. caryoph. vitriol. alb. ana ℥ij. Mſ. f. *Balſamum.*

Emplaſtrum.

Emplaſtr. R ol. oliv. ℔ij. litharg. auri ℔j. cer. nov. ℥vj. tereb. ℥ij. gumm. bdell. ammoniac. ana ℥jſs. galban. opopanac. ol. laurin. junip. caryophyll. ana ℥vj. myrrh. oliban. ariſtol. rot. long. lap. calaminar. ana ℥vj. Coquantur gummata cum acet. forti, & ſ. a. f. *Emplaſtrum.*

Pulveres ad Ulcera.

Lapides ferè omnes frigidi & ſicci, & quò duriores eò ſicciores ſunt. Ulcerum autem curatio in deſiccatione conſiſtit, præmiſsâ univerſalium adminiſtratione.

Pulvis. Senior Franciſco Nicolini Romanus, lapidum pretioſorum mercator, pulverem quendam habet quo, ut vidi, maximas perficit ulcerum curationes. Dixit mihi ſe varios habere pulveres, & omnes è lapidum fragmentis,

mentis, in alcohol reductis conſtare. Commendat inter omnes lapidem porphyrit. Lazul. aquilinum & ſmyridem durum: Corallium, perlas, ſquamam ferri magni facit, ut quoq; *lapidem ſerpentin.* viridem.

Porphyrites maximoperè ſiccat, & inflam- *Specifica.*
mationes tollit.

Lapis aquilinus, qui fabuloſus eſt, omnium potentiſſimè, de quo quanto plus addis, eò citiùs ulcera curantur.

Singulare hoc eſt pro oculis. ℞ lapid. aquilin. part. iij. perlar. part. j. F. alcohol ſiccans ſine dolore. Vidi mulierem habentem ulcus cancroſum in palpebra ſuperiori ab hoc pulvere paucis vicibus inſperſo, poſt omnia alia irritò tentata, curatam. Inſpergatur ſatis ſpiſsè pulvis, & ejuſdem portio miſceatur cum butyro recenti inſulſo: unguentum in pulvillo extenſum ſupra pulverem applicetur: omnes aliæ axungiæ inflammationes inducunt, butyrum non ita. Non removeatur remedium ante 2, 3, 4, 5, aut 6. dies.

Emplaſtrum è cera, oleo, terebinth. & pulvere *porphyrit.* mirè tollit inflammationes, & nihilominus potenter attrahit. Dicit optimum eſſe ad callos pedum, ſi iis reſectis applicetur.

Videamus igitur quid præſtent alii lapides ſicciſſimi, ut *Marmoris* variæ ſpecies, *Jaſpis*, *lapis Lydius*, *ſilex* vulg., ſilices *fluviat.* diaphani, *agathes*, *corneolus*, *dactylus*, *Idæus*, *lapis* ſolidus *mineræ ferri*, & alii lapides metallici, *cryſtallus*, *adamantus*, qui ſupra fodinas præſertim

ſertim ferri reperitur, ut Briſtoliæ ad rupem Sancti Vincentii.

Videndum quid præſtant lapides molliores, ut *lapis fiſſilis*, *Hybernicus*, *Armenus*, *ſpecularis*, *talcum Venetum*, *boli* omnes, & *terræ*, *fiſtulæ tabaci*, *calx*, *alabaſtrum*, *pumex*, *cochleæ* omnes & *teſtæ* & *oſſa* calcinata.

Pulvis ad Ulcera præſtantiſſimus.

Pulvis. ℞ lap. Aëtitis, calamin. ana ʒiv. porphyrit. vel ſilic. vulg. ʒvj. battitur. ferri, aut ejus loco croc. mart. aſtring. aut corallin. cret. ana ʒiij. corall. lap. hæmatit. terræ ſigillat. aut boli finiſſ. ana ʒij. Mſ. f. Alcohol.

Ulcus tibiæ fœdum, fœtidum, ſerpens, multorum annorum, in Janitore meo curavi ſolâ applicatione betonic. aquat. rec. contuſ. & lotione factâ cum ejuſdem decocto bis in die. Applicata folia ſambuci ulceribus tibiarum dolorem tollunt, mundificant & citò curant, ut in meipſo ſæpiùs expertus ſum. Domina Rumler ulceri valdè dolorifico tibiæ irritis multis & longis remediis applicavit folia alliariæ, & citò curata fuit. Hinc priùs livor fuit extractus, & poſtea cum foliis ſambuci curam omnino perfecit.

Remedia Domini Fenton *ad Ulcera cancroſa.*

Decoctum. ℞ auripigm. ʒij. virid. æris ʒjſs. vin. alb. generoſ. ℔j. diſſolve terendo in mortario, & quod diſſolutum eſt funde in vas fictile vitreatum, bulliat igne carbonum lento ad trium partium conſumptionem, dein remove ab igne, & cùm materia adhuc mediocriter calida eſt,

eſt, ſuperaffunde aq. roſ. rub. ſolan. ana ℥ij. Miſceantur; maneat Decoctio ſuper fæcibus, nam ab his novam vim continuò elicit. Efficaciſſimum eſt remedium ad atterendam carnem cancroſam ſuperfluitate reſtibili luxuriantem, malignitati reſiſtit, & phagædenicorum ulcerum progreſſum remoratur, ut vidi in cancro glandis & præputii. In cancroſis oris ulceribus tangantur goſſypio, & optimè abluantur hoc liquore, donec medicamentum in partem impreſſionem fecerit, poſtea autem ulcus curetur applicatione filamenti carpti imbuti *ſyrupo* ſequenti.

℞ aq. roſar. Damaſcen. fœnicul. hyſſop. ana ℥iv. ſacch. alb. ℥vj. bulliant lento igne ad ℥iij. conſumptionem. *Syrupus.*

Chirurgi Galli experimentum certum. Ulcerum eſcharam ſive putrem carnem citiſſimè tollit pulvis ex æquis partibus aloës, virid. æris & ſacch. cand. inſpergitur ulceri, ſuperponitur linamentum carptum; ſequenti die utplurimum unà cum remedio eſchara abſcedit. Multum præſtat in ulcere venereo calloſo putri præputii.

Siccans potentiſſimum. *Aqua calcis* in qua borax aurifabrorum diſſolutus fuerit, applicetur tepidè è linteolis vel filamentis carptis: aliàs borax ſiccus ſi ulceribus deterſis, & carne jam oppletis, imo ſi recentibus vulneribus inſpergatur, injectâ convenienti ligaturâ, citò ferruminat, & exſiccata ad cicatricem perducit. Aurifabri & cælatores ſi inſtrumentis manum lædant, expreſſo aliquantum ſanguine boracem inſpergunt, & ſine morſu quàm *Aqua ſiccans.*

quàm citiſſimè, id eſt, poſtridie curantur.

Aqua prædicta optima eſt ad fiſſuras & ulcera papillarum à ſuctu vel morſu lactantium, *viz.* ℞ aq. calcis ℥iv. borac. ℥j. Mſ. & pro re nata auge quantitatem boracis ad ℥ij. iij. aut iv.

Aqua Calcis. *Aqua calcis.* ℞ aq. fluvial. q. v. in ea extinguatur chalybs aut ferrum donec pars aquæ dimidia fuerit conſumpta, filtretur per chartam emporeticam: Hujus ℞ ℔viij. calcis vivæ è ſilicibus vel alio lapide duro ℔j. Mſ. & cum baculo commoveantur; & ſi fiat ad calorem vel ſuper cineribus, melius erit. Infundantur per dies aliquot: factâ exactè reſidentiâ liquor limpidus effundatur per inclinationem, coletur aqua & reſideat iterum per diem naturalem, atq; iterum à ſedimento (ſi quid depoſitum fuerit) effuſa agatur per chartam. Colatura hæc in vaſe æneo mundo ponatur ſupra ignem moderatum, ita ut non bulliat, ſupernatabit cremor demendus perpetuò quamdiu nitrum iſtud coagulabitur. Abſumetur quaſi dies in hoc labore. Effunde in ampullam ſex librarum, adde virid. æris pulv. ℥vj. camph. cum amygd. dulc. pulv. vitriol. alb. ana ℥iij. Mſ. per triduum quater in die. Applicationis tempore agitetur phiala, & aliquid liquoris calefiat, & applicetur è duplici linteo bis in die; ubi autem caro regenerari incipit, non erit agitandum vas, ſed aqua limpida ſaltem applicanda. Detergit & ſiccat, potens præſertim in ulceribus tibiarum. Vel

℞ aquæ

℞ aquæ ferratæ vel etiam commun. ℔viij. calcis viv. ℔ij. ſine in vaſe ligneo amplo nitidiſſimo per hor. 24. ſpuma colligatur magno cochleari, cola, & adde alumin. ℥ij. camph. ℥j. coletur liquor bis vel ter, ſervetur in ampulla: vide num ſatiùs ſit miſcere ol. camph. in ovi album. indurato per vini ſpiritum præparatum. *Altera.*

Linimentum calcis. Aqua ejus ſimplex multo ſale impregnata cum ol. roſ. vel cum butyro rec. incorporetur longâ agitatione. Anodynum, mundificans & exſiccans eſt. *N. B.* Oleum vel butyrum poteſt præparari cum herbis vulnerariis, apio, leviſtico, caprifolio, betonicâ aquat. panace coloni, *&c.* *N. B.* Ex reſidentia hujus aquæ calcis cum oleo mixta, fit unguentum quod potenter ſiccat ulcera, & mirabile eſt ad ambuſta & œdemata diſcutienda. *Linimentum Calcis.*

Unguentum efficaciſſimum ad ulcera maligna à Me præſcriptum pro paupere, cui à malo mortuo per annos xiv. depaſcente ipſius coxas & tibias, & membra ad oſſa uſq; exedente, nulla ſpes ſalutis affulgebat. *Unguentum.*

Præmiſſis per vj. menſes & ſæpiùs repetitis univerſalibus mercurialibus (calomel. mannâ purpur. æthiope mineral. cinnab. vulg. quotidie exhibit. per dies ad minus 60. ſine ullo ſymptomate) colubrinis, viperinis, *&c.* poſt longum uſum betonic. aquat. & perſicar. maculat. ex mente Paracelſi, tandem uſus eſt unguento, & quieti indulſit. Licèt pauper & inops cogatur alimentis mali ſucci ærumnoſam vitam ſuſtentare, attamen nunc 20. *Septembr.*

tembr. 1651. pæne convaluit, & pauca quæ reſtant ulcera fundunt pus coctum & laudabile.

℞ cortic. median. virid. & ſucculent. ſambuc. m. ij. panac. colon. betonic. aquat. ana m. iv. ſucci fol. plantag. latæ, & ſummitat. tenell. ſambuc. ana quartam unam, axung. ſuill. rec. ℔iij. Bulliant ſimul lento igne ad ſuccorum conſumptionem, & herbarum putrilaginem, exprimatur pinguedo, cujus parti puriori, ipsâ refrigeratâ, à ſedimento diligenter ſeparatæ adde picis, reſin. terebinth. Venet. ana ℥iv. ceræ flav. ℔ß. Liquentur omnia ad levem calorem, & fiat *Unguentum*, in vaſe fictili lapideo ſedulò reſervandum. Curata hinc fuerunt omnia ulcera, & intra ſex menſes perfectè convaluit, & nunc *Julio* anni 1652. ſanus & validus vivit cum omnium functionum inculpata integritate.

Unguentum Nicotianæ, ſine quo nullus Chirurgus eſſe debet.

Unguentum Nicotianæ.

℞ ſucci nicotian. vin. alb. axung. human. ana q. v. coquantur, perpetuò agitando ad ſuccorum conſumptionem, colentur. ℞ hujus unguent. ℔j. mercur. præcipitat. ℥j. plus minúſve, adde ceræ parum, & coque ad conſiſtentiam. Si nimis ſit validum, temperetur ovi vitello crudo agitato cum ſaccharo. Huic addi poteſt aliquid ſucci plantag. & terebinth. & reſinæ colophon.

Amalgama molle è *ſtanno* & *mercurio* crudo in aq. plantag. coct., addendo ſub finem coctionis gr. ij. aut iij. merc. ſublimat. ulcera venerea curat, & cum hoc os quoq; collui poteſt frequenter.

Stercus

Stercus humanum ad ignem ſiccatum, miſtum cum pulv. caryophyllor. Fiſtulæ inditum eam curat, lachrymalem *viz.* & alias, & ulceribus inſperſum ea quoq; curat.

Crocus Metallorum inſperſus ulceribus ea curat.

Decoctum elatines, & *centaur. min.* uſurpatum pro gargariſmate, curavit ulcus palati, idq; carne replevit, quod aliàs credebatur incurabile.

Linimentum ad Ambuſta.

Sic præſcripſi pro Infante, cui à caſu in ignem & prunis & candente ferro exuſta fuit facies. *Liniment. ad Ambuſt.*

℞ cortic. medlan. ſambuc. rec. m. ij. fol. ſemperv. maj. inciſ. m. j. ol. nuc. ℥xvj. aq. ſperm. ranar. nivis liquat. ana ℔ß. Coquantur ad aquarum conſumpt. Oleum exprimatur, de quo cape ℥iv. mucilag. ſem. pſyll. cydon. aq. ſperm. ranar. extract. ℥j. vitell. ovor. no ij. Mſ. f. *Linimentum.* Potentius evadet ſi antequam oleum cæteris permiſceatur, ei addatur ℥ſß. ſal. Saturn. agitando in mortario ad conſiſtentiam Nutriti.

CAP. XII.

De Morſu Canis rabidi.

Materia Medica. *Materia Medica* ſunt Rad. cynosbat. pimpinell. fol. verben. ſcord. ſerpentar. aron, bellis, centaur. maj. & minus, gentianella, hypericon, ruta, allium, ſtannum; cancri fluviatiles, marini, extremitates eorum nigræ lapideæ, cancri bezoardici Irlandiæ, oculi cancr., cancri ad albed. calcinat. corda & hepata viperarum, ut quoq; caro, cranium humanum uſtum & non uſtum, cranium caninum, corn. cerv. calcinatum, valeriana utraq;, vincetoxicum, gentiana, nux vomica; diaphoreticum Hartmanni, flores Jovis, cinnabar antimon. mercurius diaphoret. oleum mercurii, flores vel cryſtalli ſulphuris, vitriolum lunæ & martis, lapis prunellæ, lapis bezoar, margarita, corallium, ſmaragdus, cryſtallum, aurum feriens. Hinc Electuaria formentur cum ſucco hyperic. mellagine baccarum juniperi, & hederæ, & fiat longa fermentatio ante uſum. Compoſita ſunt Laudanum, diaſcordium, electuarium Saxonicum viperinum, electuarium de ovo minerale meum, (ſuprà in Tract. de Febribus deſcript.) electuarium de ovo cum nuce vomica cum diaphoret. ex Jove, remedium Matthiæ ex theriaca, allio, ruta, & Jove.

Attrahent. *Attrahentia* applicentur vulneri, ut podex gallinæ, ſpecificum attractivum Paracelſi, cucurbitulæ ſcarificatæ. Superior membri demorſi pars, ſi poſſit, circumligetur geniſtâ.

Ad

Ad *Hydrophobiam* mergatur æger balneo, & cogatur bibere. *Ad hydrophobiam.*

Specificum dicitur Decoctum baccarum aliquot ſolani maniaci.

Ab initio mittatur ſanguis è brachio, poſtea per hirudines. *Sang. miſſ.*

Procurandum ut munito corde & cerebro venenum expellatur per *Sudores* bis vel ter: dein *purgetur* Æger mercurio vel antimonio. *Sudor.* *Purgat.*

Temperentur humores balneo; ſero lactis cum fumar. pimpinell. bedeguare.

Roborantia cum ſpecificis diu exhibeantur, ut quoq; Potus cephalici cum ſpecificis.

Duo ſequentia Remedia non fallunt.

℞ fol. rut. ℥vj. allii decorticat. contuſ. ℥iv. theriac. Londinenſ. ℥vj. vel Andromach. aut Mithridat. ℥iv. raſur. ſtanni ſubtiliſſ. vel limatur. ejus ℥iv. vin. Malvat. vel allæ fortioris veteris ℔iv. Ponantur in vaſe idoneo in cacabum aquæ calentis per horas vj. vel viij. Cola & exprime. Doſ. ab ℥ij. ad ℥vj. mane horis tribus ante cibum, ídq; per novem dies, incipiátq; ante nonum à morſu diem. Magma applicetur vulneri, & ſingulis xxiv. horis renovetur. Datur frigidè aut ſaltem egelidé. Beſtiæ datur duplum paulo poſt morſum. *Remedium ſpecificum.*

Satius eſſe puto permiſcere ℥j. pulveris ſtanni pulpæ pomi & bolum deglutire, eíq; ſuperbibere hauſtum infuſionis præſcriptæ.

℞ rad. ſerpentar. Virginian. flor. hyperic. ana part. æq. f. Alcohol. Doſ. à ℈j. ad ℥j. è decocto convenienti præparato cum ſpecificis. Cani detur à ℥j. ad ℥jſs. equo ad ℥ij. Certum eſt remedium. *Aliud.*

Pulvis meus magiſtralis ſpecificus.

Pulvis meus *magiſtralis ſpecificus* eſt ſequens.

℞ rad. ſerpentar. Virgin. cynorrhod. ſpongiam ferentis, contrayerv. ana ℥ij. gentian. ariſtoloch. rot. flor. hyperic. ſub caniculam collect. ana ℥x. ciner. cancror. fluviat. non aſtacorum, vel eorum defectu extremitat. nigr. chelar. cancr. marin. maj. captor. Sole & Lunâ exiſtentibus in Cancro, cranii canis calcinat. & cum ſpir. vitriol. ſubact. corn. cerv. eodem modo præparat. ana ℥j. pulv. ſcord. marrub. utriuſq;, flor. centaur. min. ana ℥vj. pulv. ſtanni crud. ℥iv. f. Alcohol. Doſ. à ℥j. ad ℥ij. ſuperhauſto Decocto conveniente. Materia Decocti ſint bacc. junip. pimpinella tot. ſcord. allium, ruta, angelic. card. benedict. marrub. utrumq;, ſcorzoner. Hiſpanic. oxylapath. & addatur aliquid aquæ theriacal. Ex his etiam parari poteſt ſyrupus cum melle, quo exceptus pulvis reducatur in *Electuarium.*

Electuarium ſpecificum.

Aut ℞ theriac. Lond. ℥j. pulv. rad. cynorrhod. ℥ſs. fol. ſicc. ſcord. ℥iij. fol. rut. flor. hyperic. ana ℥ijſs. rad. viper. Virgin. contrayerv. ana ℥j. diaphoret. Jovial. ℥ijſs. ſyrup. è cortic. citr. q. ſ. Mſ. f. *Electuarium.* Sumat ℥ſs. manè, ſuperbibendo hauſtum ſequentem, dilato ad iv. hor. prandio, ídq; per novem dies conſequentes.

Mixtura.

℞ aq. card. bened. ulmar. capit. cervin. ana ℥viij. theriacal. ℥iv. Mſ. Doſ. ℥iij.

Conveniunt hîc quoq; Pulveres cardiaci, *viz.* è chel. cancr. comp. lap. Goæ, contrayerv. *&c.*

Item

Item *Tabellæ* ſequentes.

℞ confect. alkerm. ℥ij. oculor. cancror. *Tabellæ.* præparat. extremar. chelar. cancr. marin. maj. magiſter. perlar. bezoard. cervin. corn. cerv. calcinat. cum aciditate vitriol. ana ℥j. pulv. rad. zedoar. ℥ſs. lap. bezoar. orient. & occident. ana ℥ij. bol. armen. finiſſ. terræ Strigenſ. Sileſiac. ana ℥iv. pulv. Gaſconic. ℥jſs. ſacchari ad quadruplum pondus omnium, mucilag. gum. tragac. in aq. capit. cerv. extract. q. ſ. f. *Tabellæ* moderato calore ſiccand. in furno. Sumat unam ponderis ℥j. ter in die, *viz.* mane, quartâ pomeridianâ, & in ingreſſu lecti.

Foveatur pars affecta *Fotu* ſequenti.

℞ rad. angelic. ariſtol. rot. ana ℥j. fol. card. *Fotus.* bened. abſinth. hyperic. centaur. min. ana m. j. ſcord. m. jſs. cæpar. bulboſ. nº ij. fol. rut. m. ſs. ſem. nigell. Roman. fraxin. apii ana ℥ſs. F. Digeſtio omnium in æq. partibus aquæ & vin. generoſ. addendo m. j. ſalis. F. *Fotus* mane & veſperi uſurpandus per horam dimidiam è ſpongiis intinctis & leviter expreſſis.

Poſt Fotum applicetur *Emplaſtrum* ſequens.

℞ emplaſtr. diachyl. magn. cum gum. ℥j. *Emplaſtr.* pulv. ſubtiliſſ. rut. ariſtoloch. rot. rad. valerian. caſtor. ana ℥j. ſtyrac. liq. q. ſ. Mſ. f. *Emplaſtrum.*

In fine leniter purgetur Æger.

CAP. XIII.

De Sanguinis Depuratione.

"PRoximè perrecturi ad *Affectus cutaneos* "tractandos, qui à *ſanguinis impuritate* fe- "rè ſemper pendeant, nè medicamenta *ſangui-* "*nem depurantia* (ut cramben ſæpiùs coctam) "ad nauſeam uſq; repetere cogamur, hujus fa- "rinæ pleraq; affectuum illorum curationi ſimul "& ſemel præmittenda eſſe æquum cenſui- "mus.

In hunc ſcopum primò injiciatur *Clyſter* hujuſmodi.

Clyſter. ℞ decoct. commun. & emollient. ℔j. catholic. ʒjſs. mel. mercurial. ſacch. rub. ana ʒij. Mſ. f. *Clyſter* injiciendus ſub veſperam, levi cœnâ ſubſequente.

Die proximo purgetur Æger *Potione* ſequenti.

Potio purgans. ℞ rad. cichor. oxylapath. ana ʒiij. fol. endiv. agrimon. ana m. ſs. violar. rec. p. iij. prunor. Brignolenſium par. ij. tamarindor. ʒſs. trag. commun. crem. tartar. ana ʒjſs. fol. ſen. mundat. ʒſs. Coq; & cola: Colaturæ addatur infuſio ʒij. rhabarb. ſcorſim fact. in aq. endiv. cum ſantal. citrin. ℈ij. reducantur omnia ad doſim debitam, in qua diſſolve ſyrup. catholic. & roſar. pallidarum cum agariç. ana ʒj. Mſ. f. *Potio* manè ſumenda tribus horis ante juſculum.

Poſtridie

Poſtridie purgationis aperiatur baſilica vel mediana; dein veniat ad uſum *Apozematis* ſequentis. *Venæſectio.*

℞ rad. filic. fœm. oxylapath. lapath. hortenſ. ſcabioſ. ana ℥iij. cichor. taraxac. ana ℥ij. fol. fumar. agrimon. hepatic. borag. bugloſſ. acetoſ. violar. totius, capillar. omnium ana m. j. flor. taraxac. p. vj. tamarind. prunor. Brignolenſ. ana ℥j. ſem. coriand. ℥ſs. ſem. alkekeng. milii ſolis ana ℥iij. hord. integri, furfur. macr. ana p. ij. cortic. pomor. redolent. m. jſs. Coq; in q. ſ. aq. f. in qua macerat. fuerint per horas vj. fol. ſen. ℥ij. tartar. alb. ℥j. Colatura clara levi coctura reducatur ad ℥xx. in quibus diſſolve ſyrup. è cichor. cum rheo duplicat. ℥iv. Mſ. f. *Apozema* pro iv. doſibus matutinis, ſumendis diebus conſequentibus vel alternis juxta operationem & vires. Capiat tribus horis ante prandium. *Apozema purgans.*

Hoc fiat per octiduum, dein repetatur Potio purgans.

Hirudines applicentur venis ſedalibus. *Hæmorrhoid. apertio.*

Potus ordinarius ſit *Cereviſia Medicata* ſequens.

℞ ſarſæparill. ℥vj. rad. ſcorzoner. ℥viij. rad. filic. fœmin. oxylapath. lapath. hortenſ. ana ℥xij. rad. cichor. taraxac. ana ℥v. fol. agrimon. hepatic. cuſcut. betonic. capillarium omnium ana m. j. naſturt. aquat. becabung. cochlear. noſtrat. ana m. ij. veronic. mar. m. iv. flor. ſambuc. paralyſ. hyperic. ana p. vj. ſem. alkekeng. milii ſolis ana ℥x. nuc. moſchat. ℥j. coque in gallon. viij. cereviſ. lupulat. recent. ad duorum conſumptionem; adde ejuſdem *Cereviſia medicata.*

cereviſiæ gallones iv. ſinatur fieri infuſio per noctem vaſe probè tecto, mane fiat per ſetaceum colatura, quæ indita doliolo juſtæ capacitatis (additâ ℔j. fermenti allæ recentis) ſinatur fermentari ad perfectam depurationem. Liquor limpidus ſit pro potu ordinario. Doliolo ante fermentationem addantur ℥vj. ramentorum ſtanni Anglici puriſſimi in ſacculo. Bibat hanc cereviſiam per duos aut tres menſes.

Tandem deveniat ad uſum *Electuarii* alterantis ſequentis.

Electuar. ℞ rad. ſcabioſ. oxylapath. ana ℥ij. cichor. ℥jſſ. ſcorzoner. Hiſpan. ℥x. fol. fumar. chamæd. veronic. mar. agrimon. ceterach, cuſcut. ana ℥j. crem. tart. commun. ℥vj. magiſtralis ℥ſſ. fol. ſen. mundat. ℥xij. cortic. median. frangul. ℥v. carn. viperin. ceruſſ. antimon. fixiſſ. ana ℥ijſſ. Omnia ſicca reducantur in pulverem ſubtiliſſ. qui excipiatur cum ſyrup. è cichor. cum rheo & ſyrup. paſſulat. cum elleboro nig. vero ana q. ſ. Mſ. f. *Electuarium*, de quo capiat per menſem integrum quotidie mane horis iv. ante prandium ℥j. ſuperbibendo hauſtum liquoris poſſetic. alterat. boraginę, bugloſſ. oxylapath. lapath. hortenſ. endiviâ, cichor. & pomis redolent. aut ſeri lactis cum iiſdem ingredientibus clarificat.

Sudorifera quoq; impuritatum reliquias per habitum corporis expellunt, in quem ſcopum conveniunt *Decoctum*, *Bolus*, & *Hauſtus* ſeq.

Decoctum ſudoriferum. ℞ rad. ſarſæparil. alb. & medulloſ. ℥iij. bardan. ℥vj. oxylapath. rub. tinctor. ana ℥ij. ſcabioſ. totius, capillar. omnium ana m. jſſ. flor. cordial. vetonic. rub. ana p. ij. flor. paralyſ.

ralyſ. p. vj. Omnia conciſa & leviter contuſa coq. in ℔v. aq. f. lento igne, vaſe tecto, ad ℔ij. conſumptionem: cola & clarifica, & colatura per manicam priùs trajecta reducatur ad ℔ij. pro tribus doſibus matutinis ſumend. in lecto egelidè, provocato ſudore ſuperpoſitis ſtragulis & circumpoſitis lagenis, ſi ſudor non ſatìs erumpat.

℞ margarit. mineral. ʒß. conſerv. flor. vetonic. rub. ℈jß. confect. alkerm. ℈ß. Mſ. f. *Bolus* deglutiendus ante hauſtum decocti præſcripti, aut ante *hauſtum* ſequentem. *Bolus diaphoreticus.*

℞ aq. ſtillatit. ulmar. card. benedict. ſcabioſ. fumar. liquoris diaphoretic. Jovialis ana ℥j. ſpir. guaiac. ℥ß. Mſ. f. *hauſtus.* *Hauſtus ſudorifer.*

Provocetur ſudor hoc modo primò per quatuor dies, dein per plures pro facili tolerantia & mali conditione.

Multùm quoq; hîc proſunt *Balnea* ex aq. dulc. tepenti, quibus indantur folia plurima malv. violar. parietar. vitis, ſalicis, ſcabioſ. lapath. oxylapath. hippolapath., *&c.* Inſideat ſacculo farcto furfure hordei à coctione cereviſiæ reſtibuli, & in eo moretur citra ſudorem & faſtidium per horam unam aut duas quotidiè manè, inde lectum petat & deterſo madore quieſcat, & prandium differat ad ſeſquihoram. Poſt moram autem unius horæ in balneo ſumat hauſtum ſeri lactis clarificat. multâ fumariâ, endiv. ſcabioſ. agrimon. hepatic. lapath. acut. & hortenſi. Utatur balneo per duas ſeptimanas, videndo ut enemate laxetur alvus ſubinde niſi per ſe fluat. Poſtridiè ultimi balnei ſub veſperam affigantur hirudines venis ſedalibus. *Balnea.*

Tandem

Aquæ minerales. Tandem ad uſum *aquarum mineralium* deveniat, vitriolatar. *viz.* & ferrat. ut *Tunbrigenſ.* &c.

Totum corpus bis in ſeptimana lini poteſt linimento ſequenti.

Liniment. ℞ ol. amygd. dulc. rec. ol. Ben. defæcatiſſ. ana ℥jſſ. unguent. roſac. medull. pedum vervecinor. ana ℥ij. unguent. ſeu butyr. aurantior. & jaſmin. rec. & fragrant. ana ℥vj. liquentur ſimul in balneo; abluantur diu multúmq; aquis roſar. & flor. aurantior. f. *Linimentum* reſervandum in vaſe vitreo veſicâ optimè operto, arctiſſimè ligato ſub aqua ſervand., quæ aqua ſingulis ſeptimanis renovetur.

Victus. *Victus* ſit ſatis laxans, & tenuis: Utatur *Juſculo medicato* hujuſmodi.

Juſculum medicatum. ℞ pomor. redolent. per fruſta ſect. cum cortic. nº iij, rad. cichor. ſylveſt. taraxac. gramin. ana ℥j. raſur. corn. cerv. ebor. ana ℥iij. uvar. Corinthiac. lot. cochl. j. fol. borag. bugloſſ. pimpinell. oxalyd. oxytriphyll. violar. ana m. ſſ. adianth. polytrich. ling. cervin. ana p. ij. hord. mundat. cochl. ij. Ex his, cum pullo gallinaceo majori, & fruſto carnis vitulin. præparetur juſculum, de cujus colatura ſumantur ℥xvj. pro duabus doſibus matutinis; in quarum ſingulis diſſolvatur crem. tart. ℥j. cryſtall. mineral. ℈j. ſacchar. cryſtall. ℥ij. ſumatur horis quatuor ante prandium per quatriduum.

Carnes elixatæ ſint potiùs quàm aſſatæ.

Potus

Potus ſit *Cereviſia medicata* antedeſcripta. Alvus ſemper laxa ſervetur. Vitentur ſalſa & acida. Vinum vitetur niſi in aſſuetis.

CAP. XIV.

De Faciei Rubore.

COnveniunt in genere omnia *interna* quæ ſanguinis fermentationem imminuunt, ut refrigerantia & incraſſantia, ut ſucci herbarum acidi, aut ſyrupi earundem, *viz.* granator. ribes, berber. oxalyd. limon. *&c.* Item teſtacea & alcalia fixa, ut corall. (præcipuè ejuſdem tinctura) oculor. cancror. margarit. *&c.* Item chalybeata & deobſtruentia (ſi adſint obſtructiones in corpore) ut quoq; Hepatica, ut cichor. fumar. capillaria omnia. Item Pulveres digeſtivi poſt paſtum. Omnia quoq; antiſcorbutica temperata, ut becabung. cochlear. lujul. *&c.* Uſus lapidis prunellæ, ut quoq; potus frigidæ multùm hîc præſtant. Sed de Medicamentis hujuſmodi internis ſatis in Capite proximè præcedente, de *Sanguinis depuratione.* *Interna.*

Quoad *Externa*, inungi poſſunt lumbi *unguento* ſequenti. *Externa.*

℞ litharg. aur. ℥iv. acet. roſ. acerrim. ℥vj. ſucc. oxalyd. berb. ana ℥v. bulliant ad mediætatis conſumpt. f. Colatura, quæ cum ol. roſ. omphacin. additâ camphorâ, reducatur in *Unguentum.* Aut *Unguentum ad lumbos.*

℞ ol.

Aliud. ℞ ol. roſ. omphacin. ℥ij. crem. lact. rec. ℥iv. album. ovor. nº iv. Mſ. ſucceſſivè, & agitentur diu, addendo ſacch. Saturn. ℥ſs. camph. ℈ſs. donec fiat *unguentum.*

Cataplaſm. pro plantis pedum. *Plantis pedum* veſperi applicentur caules virides triti cum ſapone nigro, & ſale marino. Aut

℞ limac. cum teſtis ℔ſs. ſal. nitr. ℥iv. ſapon. nigr. ℥ij. Mſ. f. *Cataplaſma.* Addi quoq. poſſunt folia argentinæ & perſicar. maculat. ana m. ij. aut iij.

Circa collum geratur *Torquis* ex globulis ſequentibus factus.

Torquis pro collo. ℞ roſar. incarnat. ℥viij. roſ. rub. ℥iv. perſicar. maculat. totius ℥iij. ſem. burſ. paſtor. ℥ſs. pſeudomelanth. ℈vj. flor. nenuph. utriuſq;, trifol. pratenſ. archangel. alb. ana ℥j. flor. hyoſcyam. ſem. cicut. plantag. ana ℥ſs. benzoin. ℥viij. ſantal. citrin. ℥j. oſſ. human. ad albed. calcinat. ſang. human. ſiccat. ſang. dracon. cryſtall. præparat., corall. alb. & rub. ana ℈x. Herbæ & flores terantur exactiſſimè in mortario marmoreo; mox addantur pulveres ſubtiliſſimi, & longâ trituratione fiat Paſta (additâ, ſi opus fuerit ad cohærentiam, quartâ parte amyli). Hujus ℞ ℥viij. pulv. ſubtiliſſ. bufon. ℥ij. pulv. ranar. virid. ſacch. Saturn. ana ℥ij. Mſ. & cum mucagine gum. tragac. in aq. roſar. & ſperm. ranar. extract. f. Paſta ad formandos globulos, qui perforentur & per ſe ſiccati ungantur oleo Ben, vel butyro aurantior. additis granis aliquot ambr. griſ. & moſchi, niſi ſuaveolentia noceant.

Quoad

Quoad *Topica*: Paretur aqua ſanguinis, ut artis eſt, de qua cape ℔ij. vin. Malvat. ℔j. myrrh. opt. ℥iv. camph. ℥ſs. f. diſtillatio in balneo; cape de liquore ſtillatitio ℥viij. ſucc. ſemperviv. maj. ℥ij. ſucc. limon. depurat. ℥j. ſacch. cand. ℥vj. borac. ℥ij. alum. uſt. ℥ſs. Mſ. f. *Lotio* quâ facies abluatur veſperi, & ſinatur deſuper ſiccari; manè autem iterum abluatur, dein unguento pomat. linatur. *Topica. Lotio.*

Interim dum parabitur hæc aqua, fiat *lac papaveris* in eundem uſum hoc modo.

℞ ſem. papav. alb. rec. ℥iv. macerentur per noctem in aq. roſar. mox terantur in mortario marmoreo, affundendo aq. ſanguinis, lil. alb. nenupharin. flor. fabar. roſar. ana ℥ij. f. Emulſio, cui adde ſacch. cand. ℥iij. borac. ℈iv. alum. uſt. ℥ſs. camphor. nodulo cum cæteris incluſ. ℈j. Mſ. & applicetur manè & veſperi, & ſupra faciem ſinatur ſiccari, quæ ſi nimis tensâ cute importunitatem ſentiat, tollatur hoc incommodum litu unguenti pomati. *Lac Papaveris.*

Convenit quoq; pro lotione *Lac virginale* hujuſmodi.

℞ litharg. aur. opt. lot. ℥iv. acet. vin. alb. acerrimi ℥xij. ſucc. limon. depurat. & limon. ana ℥iij. bulliant ſimul in vaſe fictili ad medias, dein coletur ad uſum. ℞ ſucc. ſemperviv. maj. per reſidentiam depurat. ℥ij. aq. ſperm. ranar. & flor. nenuphar. ana ℥ij. ſal. albi ℥j. alum. uſt. ℥ij. borac. ℥j. camph. ℈j. ponantur in ampullam ad cinerum calorem, ut fiat ſalium diſſolutio, mox coletur liquor, impoſitâ in eo camphorâ in nodulo; ſerventur *Lac Virginale.*

tur iſti liquores ſeorſim, & tempore uſûs miſceantur ana q. f. ut fiat *lac* veſperi applicandum, & mane ſequenti abluatur facies aquâ myrrhæ.

Inungatur facies poſt ablutionem *Pomato* ſequenti.

Pomatum. ℞ omenta plura damæ, hœdi, porci, madeant & macerentur in pluribus aquis per octiduum, aquam quotidiè renovando, tandem pinguedo à pelliculis ſeparata liquetur, de qua cape ℔j. ſebi vitulini circa renes collecti, medullæ cervi & damæ ana ℥viij. medull. pedum yervecin. extract. per ebullitionem ℥vj. Omnia ſimul liquata madeant in aq. roſ. per biduum; effuſâ aquâ pinguedines agitentur in mortario marmoreo ad mollitiem, inter agitandum addendo benzoin. opt. ℥iv. fruſtul. cortic. citr. tenuium integr. ℥ij. ſinantur ſimul per triduum, mox lento calore liquetur pinguedo, coletur per linteum denſum, & diutiſſimè ad ſummam albedinem agitetur & uſui reponatur.

Fronti applicari poteſt *Tela Cerata* hujuſmodi.

Tela Cerat. ℞ ceræ ℔j. medull. cervin. ſebi damæ ana ℥ij. ſperm. cet. ℥j. Miſ. f. *Tela cerata.*

Si *manus* eodem rubore afficiantur, ſæpiùs abluantur *Paſtâ* ſequenti.

Paſta pro manibus. ℞ ſem. melon. cucurb. mundat. ana ℥iij. papav. alb. per ſe trit. ℥iv. pineol. rec. amygd. dulc. mundat. ana ℥ijſſ. pulv. rad. alth. ℥jſſ. ſucc. limon. aurant. acid. ana ℥ij. ol. myrrh. ℥ij. vitell. ovor. coctură indurat. n° ij. Semina macerentur per hor. 24. in aq. roſar. terantur

tur omnia & fiat *Paſta* ad uſum. Abluantur manus lacte, urinâ frigidis, vel ſero lactis, vel lacte & brodio carnis inſulſo, cum hac Paſta.

CAP. XV.

De Phlegmate ſalſo, & Tuberculis Faciei.

IN genere conveniunt Clyſteres emollientes, Purgatio cum Apozemate hepatico & ſplenetico additis purgantibus; Juſcula hepatica & refrigerantia; Venæſectio, Balnea, Hirudines; Serum lactis clarificatum; Julapia ex tincturis extract. cum aq. fumar. cichor., *&c.* additis ſpiritibus acidis, ut nitri, vitriol., *&c.* Cucurbitulæ, Ranularum apertio: Omnia ex antimonio præparata, ut ſpir. tinctura, ſal, & flores, ut quoq; antimonium diaphoret. fixiſſimum; Item mercurialia omnia, præſertim cum purgantibus conjuncta. Aquæ quoq; purgantes *Epſamienſes*, & vitriolatæ, ut *Tunbrigenſes*, multùm hîc proſunt. *Interna.*

Quoad *Topica*, partes affectæ tangantur frequenter *Nodulis* ſequentibus liquore ſequenti imprægnatis. *Topica.*

℞ flor. ſulph. ℥ſſ. borac. ℥ij. plumb. alb. litharg. ana ℥j. alum. uſt. camph. ana ℥ſſ. lap. prunell. ℥j. Mſ. f. Pulvis, ex quo fiant *Noduli* plures cum tela tenui ad uſum. *Noduli.*

℞ aq.

Liquor pro Nodulis. ℞ aq. ſtillat. betonic. aquat. roſar. alb. ana ℥ſſ. ſucc. limon. rec. expreſſ. ſucci ſemperviv. maj. depurat. ana ℥iv. phlegmat. alum. & vitriol. ana ℥v. Miſceantur, & in iis coquatur per horam integram vel potiùs dimidiam in vaſe fictili vitreato calomelan. ſæpiùs ſublimat. ℥ſſ. mox fiat per chartam emporeticam colatura, de quo usûs tempore cape aliquid in vaſe porcellino, & cum nodulo præcedenti eodem imbuto in ingreſſu lecti tangantur puſtulæ faciei, & ſinatur liquor deſuper deſiccari & manè aquâ limpidâ eluatur.

Aqua diſtillata. *Aqua* præſtantiſſima ad faciem *diſtillatur* ex lacte, limacibus, lumbricis terreſtr. pullis columbin. & ſimilibus ad carnem & cutem analogiam habentibus, ut quoq; ex mucilaginoſis, ut albuminibus ovorum.

Muria hermetica. Magnarum hîc virium eſt *Muria Hermetica* modo ſequenti parata. In præparatione mannæ Mercurii poſt ejus diſſolutionem in aqua forti communi validiſſima cum muria vulgari ſale prægnantiſſima corpus præcipitavi non totum, vix ¾. Itaq; ut quicquid reſtabat Mercurii extraherem, liquorem decantatum à corpore, conſtantem ex aq. forti & muria ſalem continente, per exhalationem deſiccavi, remanſit in patina fictili (quæ lapidea fuit, inſtar lagenarum pro cereviſia, ut ſunt vaſa Valdemburgica, Heſſiaca, *&c.*) magna ſalis quantitas, quem phialis vitreis inditum ſublimavi in arena, aſcendit Mercurius ſublimatus albus admodum acer, per iteratam ſublimationem cicurandus; reſtitit autem

tem in fundo phialarum ſal cum aliqua Mercurii parte in placenta, quam diſſolvi in aqua communi; & ſic feci *Muriam Hermeticam*, inſigne in hoc affectu remedium, ut quoq; in Herpete, Impetigine & ani pudendorúmq; pruritu. Si acrior ſit liquor, admiſceri poteſt aqua roſar. plantag., *&c.*

Partes affectæ illini poſſunt *linimento* ſequenti.

℞ cremor. ℥j. flor. ſulph. ℥ij. fuci ℥ſ. agitentur in pila lapidea donec inſpiſſetur, ut fiat *Linimentum.* *Liniment.*

Sulphur quoq; *vivum* in ſucco limonum vel aceto acerrimo inſtar paſtæ inducatur.

Aut inungantur Partes affectæ *Unguento* hujuſmodi.

℞ rad. lil. q. ſ. mundentur à ſordibus, terantur optimè, iſſq; addatur duplum axung. verris à pelliculis mundat. ſine ulla lotione. Mixta terantur ad radicum conſumptionem; tum adde Mercur. crud. cum ſaliva hominis extinct. quantum ipſa affectùs magnitudo poſtulare videbitur, & ſic fiat *Unguentum.* Usûs tempore fiat lixivium è ſtipitibus piſorum non nimis acre, abluatur facies leviter fricando, & tergatur panno aliquo, & aliquamdiu ſinatur; exibit quaſi ros per guttas ex facie, humiditas iſta imbibatur panno molli, facies ſiccata ungatur unguento præſcripto, lectum petat; mane totum proceſſum lotionis & unctionis repetat, iterando tamdiu donec facies optimè mundificetur. Certò curabitur. Aut *Unguent.*

Unguentum Mercuriale.

℞ axung. porcin. in aceto forti per triduum infuſ. & poſtea à pelliculis liberat. ℥iv. ſucci heder. terreſtr. fell. porcin. ana ℥j. ſulph. ℥iij. ceruſſ. Venet. ℥ſs. argent. vivi ℥ſs. Mſ. f. *Unguentum* ſecundum artem.

Si Pomatum volumus, ſit ut in Capite præcedenti, aut ſequenti, *De Cutis Maculis* vel *Morphæa.*

Quidam volunt *Emplaſtrum* hujuſmodi parti affectæ applicari.

Emplaſtr.

℞ emplaſt. de ceruſſ. ℥j. Mercur. ſublimat. ad fucum præparat. aut ejus defectu præcipitat. alb. ℥ſs. balſam. alb. q. ſ. ut meliùs adhæreat. Mſ. f. *Emplaſtrum* in pannum ſericum extendendum ad uſum.

Adde fuliginis lampadis ℥ſs. vel ℥j. ut color niger ſit.

CAP.

CAP. XVI.

De Faciei & Cutis Maculis & Aſperitate.

Interna. INterna ſint ut in aliis Affectibus cutaneis.

Externa. Quoad *Externa*, conveniunt ſequentia.

Facies ſæpiùs abluatur *aquâ myrrhæ* ſequenti.

Aqua Myrrhæ ſimpl. ℞ lact. caprill. rec. ℔ij. ſang. agn. ℔jſ℈. ſucc. ſemperviv. maj. pomor. redolent. limon. ana ℔j. album. ovor. rec. n° xij. carnis vitulin. rec. in taleol. ſect. ℥xij. pull. columbin. alb. exenterat. & vin. alb. lot. n° ij. F. omnium diſtillatio in M. B. Cape de aqua ſtillat. ℔ij. vin. Hiſpanic. opt. ℔j. aq. roſ. flor. nenuph. ana ℔ſ℈. myrrh. ℥vj. aut ℔ſ℈. diſſolvatur myrrha cum vino infundendo per hor. 24. mox omnium mixtorum f. diſtillatio in balneo ad uſum.

Aquâ myrrhæ compoſita. ℞ balſam. Peruvian. nig. ℥iij. aq. præſcript. ℥vj. bulliant unâ vel alterâ ebullitione, & agitentur ſimul diutiſſimè; iſtâ aquâ Facies abluatur veſperi quotidiè, & deſuper ſiccari ſinatur; manè verò *aquâ myrrhæ* ſimplici ſine balſami admiſtione eluatur.

Loco hujus aquæ uſurpari poteſt *aqua argentinæ* ſequens.

Aqua argentina. ℞ argentin. rec. & virid. ſacch. cand. ana q. ſ. f. ſtratificatio in alembico addendo fel. bovis ad vaſis plenitudinem uſq;, f. diſtillatio lento igne, inſoletur aqua per dies xij.

vel xv. noctu removendo, & quotidiè per linteum colando.

Semel in ſeptimana *Fel* ſequens applicetur faciei & relinquatur deſuper per hor. 24. dein eluatur aquâ myrrhæ vel argentinæ.

Fel deterſorium. ℞ fell. vitulin. ℔ij. digeratur in ampulla vitrea in M.B. per hor. 24. mox limpidum à craſſo ſeparetur per filtrum, dein fruſto magno ſalis gemmæ ſcopis alligato diutiſſimè agitetur, donec totum in ſpumam abeat, additis ovorum recent. album. n° vj. Poſtquam ſpuma iſta reſederit, adde ſublimat. crud. ſubtiliſſ. pulver. ℥ij. axung. verris ℥ſs. ſucc. depurat. limon. ℔ſs. In ampulla cui pannus ſtamineus ad arcendum tantùm pulverem ſupertenſus ſit, inſoletur per dies 20. ampulla autem ita perfunctoriè tegatur ut fœtor exhalet; poſt inſolationem fiat Colatura, cui adde ſacch. cand. ℥iv. alum. uſt. alum. plum. ana ℥ſs. gerſæ ſerpentar. fæcul. bryon. ana ℥iij. borac. ℥ij. ſublimat. ad fucum præparat. ℥ijſs. camph. ℥j. ol. myrrh. per deliq. ℥iv. Mſ. & in ampulla probè clauſa agitentur triduo, dein ſepeliantur in cella per menſem, limpidum ſeparetur à fæcibus per filtrum: Fæx ſervetur ad Herpetes, Morphæas, Exanthemata & faciem leproſam.

Æſtate bis in ſeptimana utatur *omphacio* ſequenti abluendo faciem circa veſperam, ſinatur ſiccari ſupra cutem, mox abluatur facies aquis prædictis & optimè detergeatur.

Omphacium temperat. ℞ omphacii, vel ſi deſit, ſucci limon. depurat. ℔iij. ſucci ſemperviv. maj. & fragrar. depurat. ana ℔j. ſacch. cand. ℥v. borac. alum. uſt.

uſt. alum. crud. ana ʒx. ſal. tart. ʒv. gerſæ ſerpentar. ʒſs. caphur. ʒj. Omnia ſubtiliſſimè pulverizat. projiciantur in liquores per vj. aut viij. horas agitando in vaſe vitreo ſubere vel veſicâ clauſo, quod ſepeliatur in cella per dies quadraginta: ante uſum fiat filtratio per chartam.

Si *Omphacium mercuriale* velimus, ſit hujuſmodi.

℞ ſucci omphacii defæcatiſſ. ℔x. coletur per novem dies, dein cum pulveribus ſequentibus miſceatur, *viz.* ſublimat. crud. albiſſ. cum ovi album. diutiſſimè agitat. ʒij. ſacch. alb. ʒj. ſacch. cand. ʒvj. carab. ʒj. borac. alum. plum. ana ʒij. camphor. ʒj. Mſ. agitentur ſimul diu multúmq;, dein in cella ſepeliantur per dies quadraginta ad uſum. *Omphacium mercuriale.*

Facies veſperi ſæpiùs *Petiolis* ſequentibus aquâ myrrhæ aut argentinæ madefactis abluatur, & mane ſequenti aquâ myrrhæ eluatur.

℞ ſacch. alb. cand. ana ℔j. alum. uſt. ʒiv. borac. ſal. gem. alum. crud. ana ʒji. tut. præparat. gerſæ ſerpentar. cryſtall. mineral. ana ʒj. ſal. tart. ʒſs. F. pulvis ut alcohol, cui adde fel. bubul. cum aq. vitæ debiliori macerat. & colat. q. ſ. ut reducatur ad conſiſtentiam liquidiſſ. liniment. quo intingantur *Petiæ* ex tela nova & per biduum macerentur, dein in funes extenſ. ſiccentur ad uſum. *Petiolæ detergentes.*

Aut illinatur facies *Paſſulis* ſequentibus medullam earum diligenter exprimendo.

℞ paſſul. damaſcen. ʒiiij. infundantur per dies xv. in aceto alb. dein exarillentur & impleantur pulveribus ſequentibus: ℞ ſacchar. *Paſſulæ detergentes.*

cand. ℥ij. alum. uſt. ℥j. borac. ℥ſſ. ſublimat. ad fucum præparat. ʒij. camph. ʒj. Mſ. f. Pulvis. *Paſſulæ* in aceto reponantur cum album. ovi unius, & ſerventur ad uſum.

Multùm quoq; ad Varos convenit Mixtura ſequens.

Lotio. ℞ ſal. tart. albiſſ. ʒjſſ. ſublimat. præparat. ʒj. borac. ſacch. cand. ſal. prunell. alum. uſt. perlar. ana ʒſſ. caphur. ℈ſſ. aq. fragor. ℥iij. roſ. nymph. plantag. ana ℥jſſ. Mſ. Uſus ſit veſperi.

In Maculis multùm detergit *Aqua* ſequens per *ebullitionem* parata.

Aqua per ebullition. ℞ aq. font. ℔ʒ. In olla nova vitreat. collocentur ad ignem addendo ſublimat. crud. ℥ijſſ. camph. ℥j. alum. rup. alum. plum. borac. ana ℥ij. gerſæ ſerpentar. ℥ſſ. vini albi ℔x. micam unius panis in lact. caprill. macerat. tartari albi ʒj. tereb. Venet. ℥ſſ. album. ovor. cum cortic. nº xij. capit. ſemperviv. maj. flor. rec. nenuph. ana nº xij. ſuccum ſex limon. ſem. frig. maj. ℔j. Conterantur ſeparatim, & ordine ponantur in ollam bulliendo unicâ ebullitione poſt ſingulas impoſitiones; omnibus mixtis olla coöperiatur, & f. lenta coctura ad duarum partium conſumptionem; tum removeantur ab igne, & ponantur in ampullam magnam, quæ ſepeliatur in terra frigida per dies quadraginta. Abluatur Facies veſperi.

Pro *Larvis* paretur *Tela* hujuſmodi.

Tela pro Larvis. ℞ cer. granat. albiſſ. ℥iv. axung. dam. vel ſebi cervin. albiſſ. ana ℥ij. ſperm. cet. albiſſ. ℥jſſ. camph. ʒj. borac. alum. uſt. ana ʒij. Liquentur

quentur omnia ordine, addendo pulveres ſub finem, agitentur aliquamdiu. Intingantur *Petiæ* ex *Tela* ad uſum.

Aut *Pelles* ſequentes ad eundem ſcopum parari poſſunt.

℞ cer. alb. ℥ij. ſperm. cet. ℥j. ol. ſem. frig. maj. rec. ſine igne expreſſ. ℥ſ. Mſ. & liquefiant calidè ad uſum ſequentem. Sumantur *Pelles* hœdin. aut caprill. detrahatur Epidermis, cum ovorum vitellis & albuminibus diu agitentur, dein fiat ablutio in multis aquis donec aqua limpida exeat, tandem abluantur lacte amygdal. extracto cum aq. hord. & roſ. exprimatur ſedulò, atq; aciculis in aſſere extenſæ ſine ulla ruga, exactiſſimè ſiccari ſinantur; tum liquefiat Mixtura ſuprà præſcripta & penicillo ex linteo vel bombace aut caudis griſeis ſciuri illinantur eâ parte quæ carnem ſpectat, longè ſuper igniculo, contineantur autem pelles à duobus miniſtris optimè extenſæ: ſtatim ab inunctione pars uncta exponatur igni lento ut penetret; adhuc calentes optimè extendantur in menſa panno obvoluta madente aquâ roſar. ubi refrixerint, latus non inunctum vitro optimè lævigetur aſpergendo aquas nenuph. flor. fabar. roſar. Optimè extenſa *Pellis* ſuper baculo rotundo volvatur intermediâ chartâ. *Pelles pro facie.*

Ad cutis aſperitates tollendas optimum eſt *Pomatum* ſequens.

℞ omenti ſuill. rec. in axung. liquat. ℔j. abluatur decies vel duodecies aquâ font. dein ſexies aq. roſ. ad ſummam uſq; albedinem; mox ℞ poma curtipendul. vel **de raſnette** n° xij. *Pomatum.*

dividantur in quatuor partes non remoto cortice, tollantur autem ſemina; bulliant in axungia addit. ℔jſs. aq. roſar. & ℔ſs. aq. naphæ in balneo; conſumptâ aquâ f. expreſſio, & poſtquam omnia refrixerint, pulpa pomorum ab axungia ſupernatante ſeparetur; axungiæ adde caryophyll. integr. n° 50. ſantal. citrin. ireos Florent. ſtyrac. calamit. benzoin. ana ℥ij. miſceantur, & ita ſtent ſimul in frigido per biduum; pulvis autem ſit craſſiuſculus: tum liqueſcat in balneo axungia & trajiciatur per linteum ſpiſſum, vel per ſericum, quale ſumi ſolet ad ſetaceum, tandem agitetur in mortario ad ſummam albedinem. Tum

℞ ol. lign. Rhod. per refrigeratorium præparat. ℥iv. ſtyrac. calamit. benzoin. ana ℥iij. ambr. griſ. ℥j. moſch. orient. ℈j. ſantal. citrin. pinguis, lign. Aloës ana ℥jſs. ireos Florent. ℥ij. caryoph. n° xx. zibet. ℥ſs. digere ſimul in balneo tepente per quatriduum, vel quod melius in vaporoſo, dein fiat expreſſio fortis; hujus unguenti odorati ℥ſs. addantur ℔ij. prædictæ axungiæ, & fiat agitatio primò per ſe per horas iv. dein additis aquis naphæ & roſar. per horas vj. ad niveam uſq; albedinem. ℞ de hoc unguento pomat. ℔ſs. ſperm. cet. albiſſ. ℥j. margarit. præparat. porcellan. cum ſucco limon. ſolut. ana ℥ij. ſacch. cand. ℥iij. borac. ℥j. alum. uſt. ℈j. fiat alcohol & longiſſimâ agitatione perfectiſſima mixtio. Utatur veſperi bis in ſeptimana præſertim cùm cutis aſperior fuerit, ut hyeme; æſtate enim pinguedines minùs conveniunt:

manè

manè abluatur facies aquâ myrrhæ. Aut

℞ axung. ſuill. rec. ℔j. axung. human. rec. aut gallin. ℔ß. ol. Ben ſeu amygdal. dulc. rec. expreſſ. ℥vj. pingued. omenti hœdi ℥x. butyr. rec. à lacticinoſa ſubſtantia per liquationem ſeparati ℥v. ſperm. cet. rec. ℥iv. ſimul liquatis ſuper igne moderato adde ſacch. cand. ℥iij. ſal. tartar. ℥j. alum. uſt. ſal prunell. borac. ana ℥ß. caphur. ℈ij. Inſolentur vel in fimo ſepeliantur per menſem integrum, tecto vaſis collo operculo perforato ut pinguium nidor exhalet, quotidiè agitando vas bis vel ter. Poſt iſtam macerationem quod limpidum & pingue fuerit, ſeparetur à ſedimento ſalium, & miſceatur in mortario marmoreo cum ſtyrac. calamit. benzoin. ana ℥j. maſtich. ℥ß. flor. lavend. mund. ℈j. moſch. ∋j. ſinantur in frigido per quatriduum, liquentur iterum, in aqua calida pinguedo liquata ducatur in mortario ad niveam albedinem. Si nimis liquidum fuerit, incraſſetur pinguedine collectâ circa renes vituli. *Aliud.*

N. B. Notandum quod in omnibus iſtis præparationibus ubi *ſublimatum* ingreditur, capiti & dentibus nocet, quare aut omittatur, aut rarò admodum uſurpetur.

Quoniam poſt deterſas maculas faciem etiam dealbare oportet, necnon dentes nigros à mercurio mundare & expolire:

℞ aq. myrrh. primar. vel aq. columbor. ſine additione ſalium ℥vj. talci Jovis ℥ß. Mſ. utatur è ſpongia vel linteo mundo & delicato. *Lotio Coſmetica.*

Si ſiccior cutis pingue poſtulet *Linimentum:*

℞ pomat.

Unguentum Cosmetic. ℞ pomat. noſtr. cum ol. Ben ad ſufficientem liquiditatem reduct. ℥j. talci Jovis ʒij. aut iij. Mſ. f. *Unguentum.*

Si *Dentes* ex uſu mercurialium nigreſcant, uſurpentur *Bacilli* ſequentes.

Bacilli ad Dentes. ℞ pumic. ℥j. laterum, marmor. pulv. ana ℥ſſ. carbon. roriſmarin. ʒiij. corall. rub. præparat. margarit. præparat. ſpod. corn. cerv. uſt. ana ʒij. caryoph. ʒjſſ. ambr. griſ. ʒj. moſch. ʒſſ. f. omnium Alcohol, & cum mucag. gum. tragac. in aq. cinnamom. extract. f. *Bacilli* ad mundandos dentes cùm libuerit.

Aut horum loco ſubſtituatur *Opiata* ſequens.

Opiata pro Dentibus. ℞ carbon. roriſm. ℥ſſ. pumicis inter. oſſis ſepiæ ana ʒiij. corall. rub. margar. præp. ana ʒij. alum. uſt. ʒſſ. ſal. marin. lap. prunell. ana ʒj. caryoph. ʒijſſ. caphur. gr. v. terantur ut Alcohol, excipiantur ſyrupo ex omphac. & melle roſ. vel cum ſapa cydon. f. *Opiata.*

Poſt horum uſum *colluatur os* aquâ ſequenti.

Oris Colluvio. ℞ aq. font. ℔ij. roſ. ℔j. vin. Hiſpan. ℔ſſ. ireos Florent. ℥ſſ. ſantal. citrin. ʒiij. cinnam. interior. caryoph. ana ʒijſſ. nuc. cupreſſ. ʒv. alum. rup. ʒiijſſ. Mſ. infund. per octiduum, filtretur per chartam ad uſum.

Si manus aliquo modo afficiantur in lotione, uſurpetur *Paſta* ſequens.

Paſta pro Manibus. ℞ magmat. amygdal. dulc. & amar. ex quo oleum recenter expreſſum fuerit ana ℥vj. magmat. pineol. nucl. bericocc. & perſic. integr. ana ℥iv. farin. lupin. & fabar. ireos Florent.

rent. ana ℥iij. ſem. papav. alb. lactuc. in aq. font. per biduum macerat. mutatâ ſæpiùs aquâ & optimè in mortar. contuſ. ad pulticulam ana ℥ijſ℈. vitell. ovor. ad durit. coct. n° vj. Terantur omnia ſimul diutiſſimè, & exactiſſimè miſceantur, mox additâ eâ quantitate mell. crud. albiſſ. q. ſ. ad formandam *Paſtam* ad debitam conſiſtentiam. Aliquando huic Paſtæ inſtillari poſſunt guttæ aliquot ol. tart. per deliquium ad majorem deterſionem.

CAP.

CAP. XVII.

De Tineâ.

Intentiones. CAuſa antecedens, *viz.* pituita ſalſa & acris, eſt corrigenda; Cauſa conjuncta eſt expurganda, & malignitas ejus extinguenda: Pars deniq; affecta eſt corroboranda.

Purgatio. Primò *purgetur* æger *Pilulis*, *Bolo*, *Potione*, aut *Electuario* ſequentibus, quæ decimo quoq; die repetantur.

Pilulæ purgantes. ℞ maſſ. pilul. coch. min. calomelan. ana ℈j. Mſ. f. *Pil.* manè ſumend. cum regimine, dilato ad tres horas juſculo. Aut fieri poſſunt ex ellebor. nig. colocynth. ſcammon. ana partibus æqual. cum ſyrup. purg. quarum doſis ſumma ad gr. xxiv.

Bolus purgans. ℞ rad. jalap. pulv. ʒſſ. ſen. ℈j. calomelan. gr. xvj. ſyrup. è cichor. cum rheo q. ſ. Mſ. f. *Bolus.*

Potio purgans. ℞ rad. cichor. taraxac. ana ʒiij. fol. betonic. ſcabioſ. ana m. ſ. violar. rec. p. iij. trag. commun. ℈iv. pulp. tamarind. ʒijſſ. crem. tart. ℈v. fol. ſen. mundat. minutim inciſ. & ſucco aurantior. irrorat. ʒſſ. Coque in aq. f. q. ſ. Colaturæ adde infuſion. ʒjſſ. rhabarb. ſeorſim fact. in aq. fumar. cum ʒſſ. ſantal. citrin. reducantur ad juſtam doſim, in qua diſſolve ſyrup. * panchymag. dulc. ʒj. mann. Calabrin. ʒſſ. Mſ. f. *Potio* mane ſumenda cum regimine.

℞ con-

℞ conſerv. roſ. rub. ℥j. cortic. citr. condit. ℥ſſ. conſerv. flor. betonic. anth. ana ℥iij. raſur. interior. guaiac. nigricant. cortic. ejuſd. ana ℥ijſſ. pulv. ſubtil. fol. ſen. ℥vj. jalap. ℥ſſ. crem. tart. albiſſ. ℥iij. Mſ. & cum ſyrup. conſervat. cydon. q. ſ. f. *Electuarium* ad uſum ſequentem. *Electuar. purgans.*

℞ electuar. præſcript. ℥j. calomelan. ℈ſſ. vel mercur. lunar. gr. iv. ſcammon. cum ſpir. vin. præparat. gr. iij, iv, aut v. Mſ. f. *Bolus* mane ſumend. cum regimine.

Potus ordinarius per menſem integrum (& ultra ſi opus fuerit) ſit *Cereviſia medicata* ſequens.

℞ rad. bardan. filic. fœm. ana ℥xij. cortic. rad. dulcamar. oxalid. ana ℥vj. rad. cichor. taraxac. ruſci, gramin. ana ℥iv. raſur. bux. ℥v. rad. rub. tinctor. ſaponar. ana ℥vſſ. raſur. corn. cerv. ebor. ana ℥iij. fol. veronic. beton. ſaponar. bugul. ſcabioſ. ana m. ij. naſturt. aquat. becabung. barbareæ ana m. jſſ. flor. calend. ſambuc. hyperic. cheyr. paralyſ. ana p. iv. ſummitat. florid. roriſmar. p. iij. ſummitat. majoran. p. ij. nuc. moſchat. conciſ. nº iv. Omnia ſicca includantur ſacculo ex tela rara, addit. ℥xvj. ramentor. ſtanni Anglic. puri puti; indantur doliolo juſtæ capacitatis, affunde gallones viij. cereviſ. recent. ſinatur fieri fermentatio ad perfectam depurationem. Liquor limpidus depromatur ex vaſe ad medias, reliquum excipiatur lagenis lapideis ſubere optimè obturatis reponendis loco ſubterraneo, unde petantur ad uſum. Interim novum vas præparetur. *Cereviſia Medicata.*

Corpore

Venæſectio. Corpore bene præparato purgatione, *Venæſectione* (ſi opus ſit) è brachio aut pede, aut hirudinum applicatione venis ſedalibus, tandem ad uſum Electuarii & Vini viperini, aut Juſculi ejuſdem ſequentium deveniat, methodo ſequenti uſurpand.

Electuarium ſpecificum pro compoſitione Electuarii viperini. ℞ rad. ſcrofular. maj. ℥j. fol. & flor. bugul. fumar. totius, betonic. veronic. mar. ana ℥iij. ſemin. hyperic. digital. betonic. aquat. cum caliculis ana ℥ſs. oculor. cancror. præparat. corall. rub. præparat. cornu cerv. vitriolat. lapid. lazul. opt. præparat. ana ℥ijſs. Omnia ſicca reducantur in pulverem ſubtiliſſ. qui per ſetaceum valdè denſum agatur, excipiend. q. ſ. ſyrupi ſequentis, & f. *Electuarium* inſtar Opiatæ ad uſum: aut fieri poteſt cum aliquo alio ſyrupo appropriato.

Syrupus ad idem. ℞ fol. heder. terreſt. veronic. utriuſq; ſcrofular. maj. betonic. aquat. bugul. ana m. j. ſcabioſ. totius, oxylapath. totius ana m. j. flor. hyperic. herb. paralyſ. ſummit. florid. betonic. roriſmar. ana m. ſs. exuviar. Colubr. major. n° ij. Coq. in aq. f. & vin. alb. generoſ. ana partibus æqual. f. Colatura, quæ clarificetur ſ. a. & æquis portion. ſacchar. alb. & mellis puriſſ. reducatur in *ſyrupum*, aromatizandum ℥ij. macis nodulo incluſ. ſæpiùs exprimend. inter coquendum.

Electuar. Viperinum. ℞ electuar. præſcript. ℥vj. viperar. ſiccat. ut artis eſt ℥jſs. cord. & hepat. earund. ſicciſſ. ℥ij. margarit. mineral. ceruſſ. Jovis ana ℥j. flor. ſulph. bis ſublimat. ſecundâ vice ex colcothar. ℥ſs. Miſceantur omnia exactè, & cum ſyrupo prædict. q. ſ. f. *Electuarium* dividendum

dendum in partes æqualis ponderis nº xxiv. pro totidem doſibus matutinis ſumendis horis iv. ante prandium, ſuperhauſto poſſeto aut ſero lactis clarificat. alterat. fol. agrimon. hepatic. borag. bugloſſ. fumar. & lapath. hortenſ. aut ℥vj. *Juſcul. viperin.* ſequentis, aut Vini viperin. ex iiſdem ingredientibus parat.

℞ colubros majores detractâ cute & reciſis extremitatibus, exenteratos, vino albo lotos, & in aſſere poſt exemptum panem fiecatos in furno piſtoris nº ij. qui in particulas diviſi coquantur in ſ. q. aq. hord. cum gallo gallinaceo juniore paſto farinâ hordeaceâ cum carnibus viperarum pulveratis ſubactâ, addito lacte: Gallus autem farciatur rad. ſcorzon. Hiſp. uvis Corinth. lotis, cappar. à ſale liberat. & corn. cerv. rec. raſo; mox conſutus indatur ollæ fictili novæ vitreatæ cum fruſto colli vitulin. coctio fiat igne lento, addendo ſub finem fol. borag. bugloſſ. patientiæ, ſummit. meliſſ. hepatic. pulmonar. linguæ cervin. ceterach, veronic. utriuſq;, ſaponar. agrimon. pimpinell. ana m. ſ. macis flor. ij. f. per pannum ſtamineum colatura ad ℥xxiv. pro tribus doſibus, & repetatur pro re nata. *Fuſculum Viperinum.*

Poſt horum uſum ad tempus prædictum, ad *Sudorifera* & *Diaphoretica* deveniendum eſt. Quoq; mane igitur ſumat *Bolum* ſequentem diaphoreticum, ſuperbibendo doſim decocti aut infuſionis ſequentis.

℞ diaphoret. Hartmanni gr. viij. x, xij. electuar. viperin. conſerv. flor. anth. ana ℥ſ. Mſ. f. *Bolus.* Aut ℞ diaphoret. antimon. fixiſſ. ceruſſ. Jovial. fixiſſ. ana ℈j. carn. vipe- *Bolus diaphoreticus.*

rin.

rin. præparat. gr. xij. ſyr. è cort. citr. q. ſ. Mſ. f. *Bolus.*

Decoctum ſudoriferum. ℞ ſarſæparill. ℥ij. raſur. lign. junip. ℥jſſ. raſur. corn. cerv. recent. ℥ſſ. ejuſdem ad albed. calcin. ℥vj. Coq. in aq. f. q. ſ. ad ℥xij. quibus adde vin. Rhenan. ℥iv. cinnamom. inter. ℥ij. Mſ. pro iv. doſibus ſumendis ſuperpoſitis ſtragulis & circumpoſitis veſicis bubulis aquâ tepidâ plenis.

Infuſio ſudorifera. ℞ aq. ſtillat. ulmar. card. bened. Mariæ, ſcabioſ. ana ℥iij. liquoris guaiac. rectificatiſſ. ℥iv. cinnamom. inter. ℥ſſ. infunde: capiat ℥ij. poſt Bolum præſcriptum, & provocetur ſudor ſatis copioſus.

Poſt quartum quemq; ſudorem purgetur Æger doſi Electuarii purgantis ſuprà præſcripti. Sudet duodecies ſi vires ſint ferendo, aliàs octies tantùm.

His non juvantibus pergat Æger ad uſum *Æthiopis mineralis* per longum tempus, & ſumatur methodo ſequenti.

Bolus ex Æthiope minerali. ℞ Æthiopis mineral. à gr. x. ad xx. carn. viperin. gr. xij. theriac. Andromach. gr. xv. Mſ. f. *Bolus* manè ſumendus horis quatuor ante prandium, ſuperbibendo hauſtum liquoris poſſetici endiviæ, ſcabioſ. & veronic. alterat., aut brodii colubrin. Perſiſtat in hujus uſu ad dies 15, 20, aut ultrà, imo aliquando ad ipſum ptyaliſmum ſi vires ferant (in initio tamen præmittatur Bolus ex calomelan. ſub noctem, & potio * panchymagoga mane ſequenti) qui cæteris irritis provocari poteſt cum ſuffitu.

☞

Extus

Extus conveniunt *Veſicatoria* cervici, imò aliquando ipſi parti affectæ applicata. *Externa.*

Hirudines quoq; ipſi capiti applicari poſſunt (capite priùs optimè mundato ſapone & loto lacte) variis in locis.

Cauteria quoq; in nucha, brachiis aut femore facta, materiam ſeroſam acrem à parte affecta derivare poſſunt.

Topica parti affectæ adhibenda ſunt, Lixivia & aliæ capitis Lotiones, Linimenta, Unguenta, Cataplaſmata, & Emplaſtra, hujuſmodi.

℞ cinerum guaiac. querc. caulium filicis, junip. ana ℔ß. paretur *Lixivium*, in quo colato coque rad. oxylap. enul. elleb. alb. ana ℥ij. fim. gallinac. columbin. ana ℥iij. fol. ſcabioſ. ſaponar. veronic. betonic. caprifol. pſeudo-ellebor. ana m. j. flor. anth. ſtœchad. ana p.ij. cortic. median. frangul. berber. ana ℥jſs. f. Colatura, cujus ℔ij. adde vin. Hiſpanic. ℔j. lapid. mirab. ℥ij. (de cujus compoſitione vide infrà) ſal. gem. armon. ana ℥ij. Cum clariore parte liquoris foveatur pars affecta ſpongiis mollibus calidè manè. Huic quoq; addi poſſunt pro re nata ſulphur vivum ad ℥iij. alum. rup. ℥ij. vitrioli Roman. ℥j. ut quoq; urinæ pueri quarta pars. *Lixivium.*

Lapis mirabilis hic eſt.

℞ litharg. aur. ceruſſ. ana ℥iv. bol. armen. ℥ij. alum. rup. vitriol. utriuſq; ana ℥j. ſal. armoniac. gem. tartar. ana ℥iij. Bulliant ſimul in æquis partibus aceti acerrimi & aq. fabrorum ad duritiem, ſervetur loco ſicco ad uſum. *Lapis mirabilis.*

℞ calcis

Lotio Capitis. ℞ calcis viv. ℥iv. ſal. armoniac. ℥ſſ. alum. nitr. vitriol. Vener. Roman. aut Cheſſiac. ana ℥ij. ſal. tart. Saturn. ana ℥jſſ. Mercur. ſublimat. dulc. ℈iv. aq. f. ℔ij. Infundantur in pelvi ænea ad cærulei coloris extractionem; adde acidi guaiac., quercûs, geniſt. tartar. ana ℥iv. Miſ. f. *Lotio.* Huic quoq; addi poſſunt pro re nata acetum acerrimum ad ℥ij. aut tres, auripigmentum ad ℥ſſ. & æs viride ad ℥ij.

Caput mortuum quoq; aquæ fortis aquis roſ. & plantag. infuſ. uſurpari poteſt, quo partes affectæ tangantur.

Linimentum. ℞ picis liquid. (anglicè **Tarr**) ℥j. ol. tartar. fœtid. ſtyrac. liquid. ana ℥ſſ. ol. arſenic. ℥j. fulig. camin. in aceto acerrimo præparat. ℥ij. flor. ſulph. ℥iij. ſal. Saturn. ℥ijſſ. Miſ. f. *Linimentum* quotidie mane parti affectæ illinendum. Aut

Aliud. ℞ rad. bryon. enul. campan. rec. raſ. ana ℥vj. oxylapath. totius, ſaponar. totius conciſ. ana m. iv. ſcrofular. maj. totius tabac. betonic. aquat. pſeudo-ellebor. ſcabioſ. totius conciſ. ana m iij. cortic. median. frangul. ſambuc. ana ℥v. viperas maſcul. pingues major. n° viij. colubros major. n° vj. bufones terreſtr. major. n° viij. Herbæ incidantur, cutis ſerpentibus detrahatur, projiciantur omnia in cacabum, addendo axung. ſuill. rec. ℔vj. ol. nucum ℔iij. ol. palm. ℔ij. ſperm. cet. rec. ℔j. Hiſce affundantur partes æquales oxycrati, decoctionis marcaſitarum cupri, & lixivii ſarmentorum vitis vel ſtipit. caulium, ita ut liquor iv. digit. ſupernatet, f. omnium lenta decoctio ad liquoris

ris conſumptionem & cæterorum abſolutam putrilaginem, mox ſ. pinguedinis expreſſio, cujus refrigeratæ pars purior ſumatur. ℞ hujus pinguedinis ℔iv. ſtyrac. liquid. ol. laurin. picis liquid. ana ℥iv. ol. ceræ, de lateribus ana ℥j. Mſ. f. *Linimentum*, quo utatur poſt lotionem capitis cum lixivio. Cùm copia herbarum ſuppetat, ſumi poſſunt mellaginis perſic. feræ ex ejus ſucco inſpiſſato præp. leni calore ℥viij. mellag. beton. aquat. ℥iv. ad hujus linimenti ℥xvj. In graviori caſu ℞ unguenti ſine ſuccis ℥iv. * mannæ mercurii albæ per muriam præcipitat. ab ℥ſs. ad ℥j. Mſ. f. *Unguentum.*

Unguentum verò *Gordonii* in hoc caſu eſt omnium præſtantiſſimum, quod eſt hujuſmodi.

℞ ellebor. utriuſq;, ſulph. viv. atrament. auripigment. litharg. calcis viv. vitriol. alumin. gallar. fuligin. cinerum clavellator. ana ℥ſs. (aut ℥j. ſecundùm *Gordonium*) argent. viv. extinct. virid. æris ana ℥ij. (aut ℥ij. ſecundùm *Gordonium*; ſed credo errorem eſſe typographicum). Mſ. f. Pulvis: tum ℞ ſuccor. borag. ſcabioſ. fumar. oxylap. ana ℥iij. Bulliant ſimul lento igne cum ℥iij. acet. & ℔j. fæcis olei antiq. Sub finem decoctionis addatur pulvis cum ℥ſs. picis liquid. & cer. q. ſ. Mſ. f. *Unguentum*, certiſſimum in omni tinea, ſcabie, malo mortuo, & morphæa, ſed in adultis & pertinaci affectu tantùm uſurpandum. *Unguentum.*

℞ farin. ſecal. ℔j. picis naval. ℔ſs. acet. acerrim. chopinam unam. Coq. ſimul ad aceti conſumptionem, & de novo adde acetum: *Cataplaſm.*

tandem reducantur omnia ad unguentum ſeu *Cataplaſma*, quod inducatur telæ novæ, & applicetur alternis diebus, ſemper evellendo; nec ceſſandum donec maculæ cutis rubræ faceſſant, & cutis penitus fuerit dealbata. Communicatum mihi fuit à Presbytero Pariſienſi, qui dicit pilos tantùm evelli quibus radix corrupta & veneno infecta eſt: avulſis pilis cæteræ applicationes parum aut nihil ſunt dolorificæ. Vidi Turcam puerum peſſimè affectum, hoc remedio curatum.

Emplaſtr. ℞ maſſ. emplaſtr. opodeldoch ℥iv. mercur. crud. paucâ ſtyrac. liquid. extinct. ℥jſs. Mſ. f. *Emplaſtrum*, quod applicetur & continuò geſtetur.

Methodus Calmetbei. *Calmetheus* caput tonſum melle illinit, pulverem reſinæ ſuperaſpergit, poſtea placentam ex farina triticea in formam pilei applicat, & exactis octo diebus pilos evellit, unguentúmq; ſequens ad perfectam uſq; curationem applicat, quam tutam & minoris doloris eſſe profitetur.

Unguent. ℞ alumin. uſt. vitriol. ana ℥j. ariſtoloch. virid. æris ana ℥ſs. picis naval. ℥ij. axung. equi ℥j. butyr. veter. ℔j. Mſ. f. *Unguentum.*

Specificum. *Specificum* habetur oleum arſenic. cum butyro Maiali, quod potenter foras attrahit & malignitatem extinguit.

Cautio. De *Mercurialibus* in genere notandum, cautè circa caput uſurpanda eſſe.

Balneatio. *Balnea* naturalia aut artificialia ex ingredientibus lixivii ſupra præſcripti, ſi latè ſerpant ulcera, convenire poſſunt; aut potiùs ex aqua tepida

tepida cum foliis multis oxylap. plantag. aquat. malv. violar. parieart. ſalic. heder. mural. lactuc. & ſimilibus incoctis; in eo moretur citra faſtidium & ſudorem ſemel in die, mane *viz.* per horas duas pro una vice. Poſt moram unius horæ in balneo bibat hauſtum liquoris poſſetic. cum oxylapath. endiv. borrag. bugloſſ. oxalid. agrimon. alterat. & cum acido limon. acidul. fact. & ſaccharo edulcorat. Hoc balneo utatur per ſex dies conſequentes.

Tempore æſtivo bibat æger *aquas minerales* ferruminoſas aut vitriolatas (*Tunbrigenſes* v. g.) per menſem unum aut alterum. *Aquæ minerales.*

Victus ſit euchymus, & ex alimentis coctu facilibus; abſtineat à piperatis, ſalſis, acribus, piſcibus, fructibus multis, lacticiniis, imprimis caſeo. *Potus* ſit cereviſia medicata; abſtineat à vino. *Victus.*

CAP. XVIII.

De Unguium deciduorum Fragilitate Lepræ ſpecie.

Univerſalia. COnveniunt hîc *Univerſalia*, *Venæſectio* (ſi indicetur) & *Purgatio*, quæ fiat Potione ſequenti ſæpiùs repetitâ.

Potio purgans. ℞ folior. ſen. ℥ſ. fibrar. radic. helleb. nig. ℥j. flor. nenuphar. p. j. crem. tart. trageæ commun. ana ℥jſſ. In colatura ad doſim reducta diſſolve ſyrup. noſtr. pantagog. amar. ℥x. ſyrup. de ſpin. cervin. ℥iij. Mſ. f. *Potio* mane ſumenda cum regimine.

Potebit aliquando infundi per noctem ſenna in ſero, & ſequenti die additis caſſiâ & pulpâ tamarindor. cum ovi album. clarificat. fieri *Potio* purgans.

Hirudines. *Hirudines* quoq; venis ſedalibus applicari poſſunt.

Juſculum Viperinum. Corpore bene purgato ad uſum *Juſculi Viperini* deveniat (cujus deſcriptio videatur in Capite ſuperiori *de Tinea*) ad dies duodecim; & in ſingulis doſibus diſſolve oculor. cancror. perlar. corall. rub. cum ſucco limon. depurato apertor. ana gr. x.

Elapſis hiſce diebus repetatur purgatio ſuprà præſcript. Deinceps, uno quietis die interpoſito, veniat ad *Diaphoretica*, quibus ſudor provocetur quatuor matutinis conſequentibus in lecto, ſuperpoſitis ſtragulis, ſine externi caloris adminiculo ſi fieri poſſit. Sudorificum ſit tale. ℞ dia-

℞ diaphoret. antimon. fixiſſ. ceruſſ. Jovial. fixiſſ. ana ℈j. carn. viperin. debitè præparat. gr. xij. ſyrup. è cortic. citri q. ſ. Mſ. f. *Bolus*, exhibendus ſuperhauſto poſſet. calente præparat. cum card. benedict. ut a. e. *Bolus diaphoreticus.*

Poſt quatuor aut ſex ſudores Purgatio prædicta repetatur, dein fiat tranſitus ad uſum *Electuarii* ſequentis.

℞ rad. debitè effoſſar. ſcorzoner. Hiſpan. lapath. hortenſ. ſive patientiæ, rhabarb. noſtrat. ver. cichor. ſylveſtr. tormentill. bardan. ana ℥ſ. fumar. totius, pimpinell. ſaxifrag. bulboſ. rub. tinctor. veronic. utriuſq;, agrim. chamæd. chamæp. ceterach ana ℥iijſ. ſem. cochlear. Batavic. chærefol. myrrhid. ecchii ana ℥iij. ocul. canc. præp. coral. rub. præp. matris perlar. præparat. ana ℥ijſ. crem. tartar. Martial. ℥ſ. Omnia ut decet ſiccata, in alcohol terantur, & excipiantur q. ſ. ſyrup. ex profeſſo parat. è ſucco fol. rhabarb. noſtrat. ſive hippolapath. rotundifol. patientiæ, trium oxalid. & trifol. acetoſ. f. *Electuarium* inſtar Opiatæ ad uſum ſequentem. *Electuar.*

℞ hujus electuar. ℥ſ. carn. ſeu pulv. viperar. diligenter exſiccatar. ℥ſ. margarit. mineral. fixiſſimi ℈j. lap. Lazul. præparat. in ultramarin. ſpirit. vitriol. in concha perlar. coagulat. ana gr. x. ſyrup. pomor. redolent. q. ſ. Mſ. f. *Bolus* deglutiendus mane horis iv. ante prandium, ſuperbibendo hauſtum ſeri lactis clarificat. cum ſucco fumar. cichor. agrimon. & tamarind. vel etiam caſſia ad laxandam alvum, dulcorat. ſyrupo violar. & de pomis redolentibus. *Bolus ex Electuario.*

Perſeveret in uſu hujus Electuarii per dies 30, 40, aut plures ſi opus fuerit, obſervando quo modo & quàm citò ungues renaſcuntur.

Balneatio. Per æſtatem *Balneatio* frequens fiat cum aq. & lacte tepidulo.

Aquæ minerales. *Julio* & *Auguſto* bibantur *Aquæ* naturales ferruminoſæ & vitriolatæ, vel factitiæ ex Anima hepatis.

Victus. *Victus* ſit refrigerans & humectans. *Potus* ſit pomaceum limpidiſſimum & defæcatiſſimum. Vel cereviſia lupulata alteretur cum veronica utraq;, ceterach, tamariſc. cum Marte & Jove. Vinum vitetur.

Topica. *Topica* fiant ex ungulis animalium, equi, muli, tauri, vaccæ, ſuis, cervi, damæ, capræ, aſini (quidni ex cornubus) in reverberio clauſo pellatur oleum per retortam, quod rectificetur ex colcothare vitrioli, & poſtea ſæpiùs elevetur cum aqua in cineribus.

Digitalia. ℞ hujus olei ℥j. axung. viper. ℥x. cer. nov. q. ſ. ut f. maſſa conſiſtentiæ ceræ mollioris; adde pulv. ſubtiliſſ. lichenum in tibiis equorum creſcentium menſe *Maio* decerptorum ℥ſ. f. *Digitalia* per totam noctem geſtanda diu.

N. B. Per Analogiam equis familiare eſt vitium, ut ungulæ ipſorum, præſertim ſiccâ tempeſtate, diſſiliant, & non retineant clavos. Ad iſtud incommodum certum eſt remedium ex oleo communi decoctionis longæ colubrorum, pinguedine canis & pinguedine reſtibili ex ſegmentis coriorum in aq. fervente diu coctis, & cerâ novâ.

℞ colubros

℞ colubros majores pelle detractâ per fruſta ſectos, cum pinguedine coquantur ad putrilaginem in oleo pedum bubulorum (Neats-foot-oyl) exprimatur ſedulò oleum & ſæpiùs coletur. Nota autem inter coquendum affundendum brodium decoctionis pedum & omaſorum, vel aliud pingue. Accipe hujus olei puriſſ. ℥iv. pingued. ex ſegmentis coriorum bubulorum, pingued. canis ana ℥iij. cer. flav. cum ramentis cornu tauri, vaccæ, bovis, & ungulis ſuis, cervi, vacccæ, *&c.* cum radic. altheæ diu coctis q. ſ. donec fiat Maſſa inter Ceratum & Emplaſtrum, ex qua formentur *Digitalia* per totam noctem geſtanda cum idoneis thecis. Renoventur decimo quoq; die, & ſint in uſu per multos menſes, imò ultra annum.

CAP.

CAP. XIX.

De Pſora, Lepra & Elephantiaſi.

Indication. INdicationes generales in his Affectibus ſunt humorum acrium correctio & expurgatio, & partium affectarum corroboratio.

Clyſteres. Primò ad alvum laxandam injiciantur *Clyſteres* emollientes & refrigerantes.

Venæſectio. Die ſequenti educatur ſanguis è brachio ad ℥ix. plus minus pro re nata.

Emetica. Si ſit humorum ſaburra in ventriculo, evacuetur *Emetico* hujuſmodi.

Hauſtus emeticus. ℞ oxymel. ſimpl. & Julianiz. ana ℥ſ. infuſion. primæ croc. metallor. ℨx. aq. card. bened. ℥j. Mſ. f. *Hauſtus* ſumendus cum debito regimine.

Elleboriſmus. *Elleboriſmus* quoq; hîc aliqando admitti poteſt, ſi affectus ſit pertinax, & vires ferunt.

Purgatio. *Purgetur* Æger ſyrupo amaro Fioravanti ad ℨx. in liquore poſſetico. Aut cum *Bolo*, *Potione*, *Pilulis*, aut *Apozemate* ſequentibus.

Bolus purgans. ℞ confect. Hamech, diaphœnic. ana ℨijſſ. calomelan. ℈j. Mſ. f. *Bolus* dandus ex obeliis lacte madefactis.

Potio purgans. ℞ fol. fumar. m. ſſ. flor. cordial. p. ij. tragææ commun. cremor. tartar. ana ℨij. tamarind. ℥ſſ. fol. ſen. mund. ℨv. Coq. in aq. f. q. ſ. & reduc ad doſim. Colaturæ adde ſyrup. * pantagog. amar. ℨx. Mſ. f. *Potio* mane ſumend. cum cuſtodia.

℞ maſſ.

℞ maſſ. pilul. coch. min. gr. xxviij. calomelan. ℈j. fol. auri n° iv. Mſ. f. *Pilulæ* mane ſumend. *Pilulæ purgantes.*

℞ rad. bugloſſ. oxalid. filic. fœm. polypod. oxylapath. cichor. taraxac. ana ℥j. cortic. rad. cappar. tamariſc. rad. fragar. ana ℥vj. fol. agrimon. pimpinell. borag. fumar. ſummit. lupul. endiv. ſonchi, capillar. omnium ana m. j. flor. nenuph. p. iij. ſem. citr. ℥iij. card. benedict. ℥x. paſſul. purgat. cappar. à ſale mundat. ana ℥j. poma redolentia minutim inciſa cum cort. n° iij. Coq. in aq. font. q. ſ. Colaturæ adde & infunde fol. ſenn. mund. & vino albo odoro nutrit. ℥ij. tart. alb. ℥j. agaric. rec. trochiſc. ℥vj. medull. ſem. cartham. ℥ijſſ. expreſſione factâ reducatur colatura ad ℥xij. cui adde ſyrup. de fumar. compoſit. & de epithym. ana ℥j. ſyr. roſar. cum agaric. ℥ij. Mſ. f. *Apozema* pro tribus doſibus matutinis ſumendis diebus conſequentibus vel alternis, juxta operationem & vires: in tertia doſi diſſolvi poteſt confect. Hamech ad ℥ij. *Apozema purgans.*

Notandum in genere de purgantibus, quòd repeti debent ſemel intra quatuor, quinq;, aut ſex dies pro re nata.

Potus medicatus, qui loco cereviſiæ communis uſurpari debet, ſit hujuſmodi.

℞ rad. ſarſap. ℥vj. urtic. bardan. ana ℥viij. filic. fœm. oxylap. ana ℔j. rad. cichor. taraxac. dulcam. ana ℥iv. ſapon. totius, ſcabioſ. totius ana m. iv. agrim. betonic. chamæd. chamæpit. capillar. omnium, cuſcut. ana m. ij. flor. hyperic. ſambuc. paralyſ. ana p. viij. ſem. alkekeng. milii ſolis ana ℥jſſ. naſturt. hortenſ. *Potus medicatus.*

tenſ. cochlear. Batav. ana ℥j. nuc. moſchat. ℥vj. Coq. in gallon. vj. cereviſ. lupulat. rec. & iij. cereviſ. non lupulat. ad trium conſumpt. adde eorundem liquorum in eadem proportione commiſtor. gallon. iv. infunde per noctem vaſe probè tecto ſtragulis; manè fiat per ſetaceum colatura, quæ indita doliolo juſtæ capacitatis ſinatur fermentari ad perfectam depurationem: doliolo verò indantur ℥xx. ramentorum ſtanni, quæ includantur ſacculo ex tela rara. F. *Potus Medicatus* loco cereviſiæ communis uſurpandus.

Multùm quoq; hîc præſtat *Cereviſia Medicata* in Gerardi Herbario deſcripta, quæ eſt hujuſmodi.

Alter. ℞ rad. rhabarb. monachor. rub. tinctor. ana ℔ß. ſennæ ℥iij. ſem. aniſ. liquirit. ana ℥ij. fol. ſcabioſ. agrimon. ana m. j. Coque in allæ recent. gallon. iv. poſt perfectam depurationem bibatur ad minus per tres ſeptimanas integras, & quo longiùs, eò meliùs.

Interim inſtituatur *Balneatio* modo ſequenti.

Balneum. ℞ fol. malv. violar. ana faſcicul. iv. primul. ver. heder. terreſt. ana faſcicul. iij. urtic. faſcicul. ij. rad. oxylapath. ℔iv. enul. campan. ℔iij. rapar. ℔vj. furfur. macr. hord. ana ℔ij. bulliant omnia in magno cacabo aquæ fluvialis; hæc decoctio permiſceatur q. ſ. aquæ, & inſtituatur balneum tepidulum, quo utatur ſingulis diebus mane per horas duas quavis vice ſine faſtidio aut ſudore per octiduum.

Poſt

Poſt moram unius horæ in balneo ſumat hauſtum poſſeti ſequentis.

℞ rad. oxylapath. ℥iv. aſparag. ruſci, fœnicul. cichor. taraxac. ana ℥j. fol. hepatic. agrimon. ſcabioſ. ana m. j. f. *Poſſetum* ut artis eſt pro duabus doſibus; ſumat primam ut ſuprà, & alteram duabus horis ante cœnam, quamdiu utatur balneo, addendo ℥j. uvar. Corinth. *Poſſetum.*

Si erumpant *menſes*, toto eorum tempore ab omni medicamento abſtinendum, excepto potu diætetico. *Nota de menſibus.*

Poſt purgationem utatur iterum balneo per quatuor dies conſequentes.

In Balneo quoq; optimè fricetur corpus *ſacculis* ſequentibus.

℞ rad. ireos Florent. ℥j. farin. fabar. hord. oryz. ana ℥x. rad. enul. puleg. ana ℥vj. amygdal. amarar. ſem. cucurb. melon. ana ℥jſs. amygd. dulc. contuſ. ℥ij. flor. ſulph. ℥j. f. *ſacculi* oblongi duo è tela rariuſcula & aſpera ad uſum prædictum. *Sacculi.*

Sudor quoq; moveri poteſt in vaporario ex urtica, ſaponaria, ſcabioſa, oxylapatho, incoctis aquâ, vino & aceto. *Sudorifera.*

Balneum quoq; minerale ſiccans (ſi affectus ſit humidus) inſtitui poteſt ex aqua fabrorum in qua extinctæ fuerint laminæ æneæ, in qua incoquantur ſaponaria, ſcabioſa, oxylapathum, elleborus, tabacum, ſulphur, vitriolum, alumen.

Poſt Balneationem applicentur *Hirudines* venis ſedalibus, & *Cucurbitulæ* variis in locis pro re nata, ſi opus ſit. *Hirudines & Cucurbitulæ.*

Intus

Intùs exhibeantur *Sudorifera*, immò in ipſo balneationis tempore, modo ſequenti.

Bolus diaphoreticus. ℞ diaphoret. Jovis, ceruſſ. antimon. fixiſſ. ana gr. xv. carn. viperin. præparat. ℈j. ſyrup. è cortic. citr. q. ſ. Miſ. f. *Bolus* manè ſumendus, ſuperbibendo poſſetum paratum cum card. benedict. ulmar. & fumar. provocetur in lecto ſudor ſuperpoſitis ſtragulis: circa veſperam utatur balneo, ſícq; pergat per octo dies.

Diæta ſudorifera. *Diæta ſudorifera* inſtitui poteſt cum decoctis è ſarſaparilla, china, ſaſſafras, *&c.* per menſem.

Viperina. Tandem ad *Viperina* deveniendum eſt, ſub formulis *viz.* Electuarii, Boli, Vini, Pilularum, & Juſculi ſequentium.

Electuar. viperinum. ℞ rad. ſcorzon. Hiſp. cichor. condit. ana ℥j. rad. oxylap. bardan. tarax. rub. tinctor. fumar. ſiccat. ana ℥x. confect. alkerm. de hyacinth. ana ℥iij. corall. rub. præparat. ocul. cancr. præparat. ana ℥vj. diaphoret. antimon. fixiſſ. ℥jſſ. carn. viperin. debitè ſiccat. ℥iij. Terantur terenda in alcohol, & cum q. ſ. ſyr. de pom. redolent. & de cichor. ſimpl. f. *Electuarium:* de quo ſumat ℥ſſ. bis in die, ſuperbibendo doſim cereviſiæ medicatæ ſuprà præſcript. è rad. rhabarb. Monachor. *&c.* aut *Juſculi medicati* ſequentis.

Juſculum viperinum. ℞ colubros duos exenteratos, vino albo lotos & per fruſta ſectos, indantur ventri junioris galli cum hordeo mundato, & uvis Corinthiacis; bulliant in aqua fontana, addendo ſub finem coctionis veronic. mar. m. j. lapath. hortenſi rhabarb. noſtrat. endiv. agrimon.

mon. ſummit. lupul. & aſparag. ana m. ſſ. flor. taraxac. violar. ana p. iv. poma redolentia per fruſta ſecta cum corticibus majora nº ij. f. Colatura ad ℥xvj. pro duobus *juſculis* poſt doſim electuarii ſumendis, & repetendis prout opus fuerit.

Pulli è quibus fit juſculum paſcantur paſtâ ſequenti.

Paſta cibaria pro pullis.

℞ farin. hord. ℔j. mic. panis cibarii comminut. ℔ij. colubros ſiccos nº viij. viperas ſiccas majores nº vj. f. omnium pulvis, qui usûs tempore tantùm ſubigatur cum lacte, & reducatur in *Paſtam*, quæ devoranda præbeatur pullis gallinaceis quotidie per octiduum. Hi pulli quoq; toſti exhiberi poſſunt in paſta pro alimento, continuando per menſem integrum.

Aut loco *Electuarii* prædicti ſumi poteſt *Bolus* hujuſmodi, ſuperbibendo hauſtum ſeri lactis ſequentis.

Bolus ſpecificus.

℞ pulver. viperin. ex carne, cordibus & hepate compoſit. ℥ſſ. pulv. ſubtil. veronic. mar. tartar. chalybeat. ana ℈j. ſyrup. è ſucco rhabarb. q. ſ. Mſ. f. *Bolus* mane ſumend. per xx. dies: aut ultrà, ſuperbibendo hauſtum *Seri lactis clarificati* ſequentis.

Serum lactis clarifie.

℞ ſeri lact. recent. ℔iv. fumar. rec. contuſ. m. iv. cichor. agrimon. ſcabioſ. ana m. ij. ſucc. pomor. redolent. rec. extract. ſucc. buglоſſ. ana ℥v. Mſ. & infundantur ſimul per noctem ſub dio vaſe fictili tecto, manè cum pauco ſucco limon. & album. ovor. f. clarificatio ut a. e. & fiat colatura, de qua capiat incipiendo à ℔j. uſq; ad ℔iij. ſi non ſolvatur

tur alvus, addantur aliquando ℥ij. mannæ Calabrinæ.

Vinum Viperinum. Verno tempore paretur magna quantitas *vini viperini*, infundendo *viz.* ſeu potiùs ſuffocando viperas in vino, unde bibat æger bis in die per multos menſes, immò quamvis ſanari videatur. Mercator quidam ex hujus vini uſu (unde parùm incaleſcere cœpit) tandem tumores in inguinibus oriri ſentiebat inſtar ovi columbini; juſſi pyroticum applicari, & excitari fontanellas, & majori piſo apertas teneri: unde omnino ab hoc affectu liberatus fuit, & fontanellas per varios annos apertas tenuit.

Loco *Electuarii* aut *Boli* ſuprà præſcriptorum, aut iiſdem finitis, ſubſtituere poſſumus *Pilulas* hujuſmodi.

Pilulæ ſpecificæ. ℞ diaphoret. antimon. fixiſſ. ℥j. carn. viperin. debitè ſiccat. ℥ſ. cord. & jecor. viperar. debitè ſiccat. ℥ij. bezoar. cervin. ſuccin. alb. præparat. ana ℥iij. Æthiop. mineral. ℥x. Omnia in ſubtiliſſ. pulver. reduct. excipiantur q. ſ. terebinth. Venet. & f. *Maſſa pilularis.* Unde ſumat ℥j. mane, & tantundem in ingreſſu lecti, ſuperbibendo hauſtum cereviſiæ medicatæ antè præſcriptæ.

Aquæ minerales. Multùm ſæpe hîc præſtant *Aquæ Spadenſes* aliæq; *Minerales.*

Per æſtatis dies fervidiores ſæpe natet æger in flumine.

Si Ægra ſit virgo matura viro, nubat, cujus viri amplexus & partus iterati maximo ſæpiùs futuri ſunt emolumento.

Hac

Lac aſininum aut caprillum poſt omnia alia prædicta uſurpatum aliquando mira præſtat, ſi pro diæta ſubſtituatur ad menſem unum aut alterum tempore verno, aut æſtivo.

His non proficientibus tandem veniendum ad *Mercurialia*, tam intus exhibita quàm extus admota ad ſalivationem uſque. *Mercurial.*

Quoad *Topica*, ſunt aut *Lotiones*, aut *Unguenta* & *Linimenta* ſequentia. *Topica.*

℞ rad. bryon. rec. ℥ij. oxylapath. cortic. median. frangul. ſambuc. ana ℥iij. ſcabioſ. totius m. ij. ſaponar. fumar. ana m. j. Coquantur in aq. fabror. ferrar. filtrat. ℔xij. addendo ſulph. viv. ℥iv. acet. acerrim. ℔j. ſal. nitri ℔ſ. f. Colatura, quæ cum ovi albumine clarificetur, & ampullis vitreis ſuperfuſo oleo ſervetur ad uſum. Tepidè vel paulò calidiùs f. *Lotio* quoq; mane cum ſpongiis, & per ſe exſiccentur partes. Veſperi paulo ante ingreſſum lecti aquâ ſimplici calente partes ablutæ linantur hoc *linimento*. *Lotio.*

℞ rad. oxylapath. rec. conciſ. cortic. median. frangul. ſambuc. rec. ana ℔ſ. ſcabioſ. totius, ſaponar. tuſſilag. ana m. j. ſemperviv. maj. ſucculent. m. ij. axung. ſuill. rec. ℔ij. aq. fabror. ℔iv. acet. ℔j. Coque ad liquorum conſumptionem & herbarum putrilaginem, f. pinguedinis expreſſio, cujus refrigeratæ pars purior ſervetur ſub aqua quotidie renovanda: hujus ℞ ℥viij. ſtyrac. liq. colat. ℥ſ. ſacch. Saturn. puriſſ. ℥ij. præcipitat. alb. edulcorat. ℈viij. axung. viper. ℥j. Miſ. f. *Linimentum* ad uſum; cujus effectus ſucceſſivè exploretur in ſingulis partibus, incipiendo ab *Liniment.*

iis quæ graviſſimè afficiuntur; partes unctæ tegantur linteo ſicco & mundo quotidiè renovando. Huic linimento in coctione addi poſſunt folia tabaci, chelidon. maj. calendulæ & tapſi barbati, ut quoq; ſuccus perſicariæ maculatæ.

Illini quoq; poſſunt partes affectæ cum oleo tartari fœtido rectificato cum cinnabari commiſto: Aut lavari aquâ Mercuriali ſeu aluminosâ migiſtrali Fallopii cum aqua plantaginis temperatâ.

Unguent. *Unguenta* quoq; fieri poſſunt ex axungia ſuilla cum ſuccis fumar. ſcrofulariæ, enul. oxylapath. ſcabioſ. ſaponar. tabac. calendul. addit. floribus ſulphur. ſucc. limon. præcipitat. albo dulcificat. aut calomelan. quo inungantur tibiæ & brachia, cavendo à ventre & capite.

Si opus ſit *Emplaſtro*, ſit hujuſmodi.

Emplaſtr. ℞ maſſ. emplaſtr. diachalcit. ℥vj. Merc. alb. præcipitat. edulcorat. ℥vj. Miſ. f. *Emplaſtrum* locis affectis applicandum.

Victus. *Victus* ſit temperatus, ſeu potiùs refrigerans & humectans; abſtineat ab omni potu generoſo, præſertim à vino, ab omnibus ſalſis, piperatis, acribus, acidis; & quæcunq; ſanguinis ſalſi & mordacis intemperiem adaugere poſſunt, planè omittantur. Abſtineat deniq; ab omnibus ſanguinem calidum vel nitroſum generantibus, leguminoſis, viſcidis, caſeo, &c.

CAP.

CAP. XX.

De Herpete.

INtemperies ſanguinis acris hîc eſt corrigenda, humores peccantes ſunt evacuandi, & partes affectæ roborandæ. *Indicationes.*

Clyſteres injiciantur emollientes & refrigerantes.

Venæſectio inſtituatur in brachio pro viribus.

Purgetur Æger Hydragogis & Mercurialibus, ut

℞ pil. coch. maj. calomel. ana ℈j. ol. aniſ. gut. iij. Mſ. f. *Pilulæ* manè ſumendæ. *Pil. purg.*

Potus medicati fiant è rad. ſarſæparill. chin. raſur. corn. cerv. ebor. rad. cichor. agrimon. ſaponar. *&c.* in Capite *de Pſora* deſcriptis. *Potus medicat.*

Pomaceum quoq; defæcatiſſimum, admodum utile eſt loco cereviſiæ communis.

Balneum fiat ex emollientibus & refrigerantibus, *viz.* malva, althæa, violar. parietar. ſalice, ſolan. plantag. nenuphar. *&c.* & uſurpetur per octiduum ſemel in die per horas duas tepidulè, & poſt balneationem affigantur hirudines venis ſedalibus, & corniculæ variis corporis partibus pro re nata. *Balnea.*

Sudor quoq; excitari poteſt in vaporario ex urtica, ſaponaria, ſcabioſa, & oxylapatho incoctis aquæ, vino & aceto. Aut Balneum minerale ſiccans fieri poteſt ex aqua fabrorum, in qua extinctæ fuerint laminæ æneæ;

aquæ incoquantur ſaponaria, ſcabioſa, oxylapathum, elleborus, tabacum, ſulphur, vitriolum, alumen.

In ipſo balneo Æger bibere poteſt ſerum lactis clarificatum cum ſucco fumar. cichor. & pomorum redolentium.

Julapium attemperans fieri poteſt hujuſmodi.

Julapium. ℞ aq. ſtillat. fumar. ſcabioſ. ana ℔ß. aq. ſtillat. ſeri lactis & pomor. redolent. ana ℥x. ol. vitriol. ℥ij. Mſ. & inſtilla olei tartari per deliquium q. ſ. ut liquor primò acidus dulceſcat: de hoc liquore ℞ ℥iv. ſyrup. de pomis redolent. de cichor. ſimpl. & de fumar. ſimpl. ana ℥ß. ſolutionis ſeu lactis oculorum cancr. ℥j. Mſ. f. *Julapium*, ſumend. ad ℥iiij. per ſex dies conſequentes bis in die longè à paſtibus.

Internè quoq; exhibeantur *Sudorifera* ſequentia.

Decoctum ſudorifer. ℞ raſur. lign. ſanct. interior. nigerrim. ℥ij. ſarſæparil. ℥iv. chin. ℥iij. ſaſſafr. ℥j. rad. oxylapath. ℥ij. oxalid. cichor. ana ℥jß. flor. primul. ver. p. vj. ſem. card. bened. ℥ij. raſur. corn. cerv. ℥x. F. Infuſio in vaſe clauſo, & decoctio ut artis eſt in aq. ulmar. ſcabioſ. card. benedict. ana q. ſ. pro quatuor doſibus ſervandis in totidem ampullis obturatis loco frigido.

Bolus diaphoreticus. ℞ diaphor. Hartmanni gr. x. conſerv. anthos q. ſ. Mſ. f. *Bolus* mane ſumendus ſuperbibendo hauſtum decocti ſuprà præſcripti, & ſudor provocetur ſuperpoſitis ſtragulis, & optimè detergeatur cavendo à frigore.

Interim

Interim loco potùs ordinarii ſumatur *Bochetum* ſequens.

℞ rad. ſarſap. ℥iij. chin. ℥ij. ſaſſafr. ℥ſ. aq. font. ℔x. Coque ad conſumptionem ℔ij. Coletur per manicam Hippocratis, dulcoretur ſaccharo, & aromatizetur pauco cinamomo, & f. *Bochetum.* *Bochetum.*

Diebus ſudorum niſi fluat alvus, ſubducatur Clyſtere.

Si per octo ſudorum dies malum maxima ex parte, ſed non penitùs, extinctum videatur, iſtis addantur adhuc quatuor dies, interpoſito pilularum purgantium uſu.

Tandem ad uſum *Electuarii* ſequentis veniendum.

℞ conſerv. rad. cichor. flor. nenupharin. pomor. condit. ana ℥ij. pulv. ſubtiliſſ. veronic. mar. fumar. ana ℥j. pulv. ceterach, epithym. cuſcut. ana ℥ſ. lap. lazul. præparat. gagat. præparat. ana ℥iij. ſantalor. omnium ana ℈iv. trochiſc. de viper. ℥x. magiſter. corall. oculor. cancror. ana ℥iijſ. diaphoret. vulg. ℥jſ. crem. tartar. utriuſq; ana ℥v. ſyrup. de pomis ſimpl. q. ſ. Mſ. f. *Electuarium*, è quo ſumatur quantit. jugland. quotidie mane poſt uſum julapii per dies xij. ſuperbibendo hauſtum juſculi. *Electuar. ſpecificum.*

Aquæ minerales vitriolatæ & ferruminoſæ, ut *Tunbrigenſes* aut *Spadenſes*, bibantur per menſem aut diutiùs tempore æſtivo, incipiendo ab ℥xl. & gradatim aſcendendo ad ℥c. aut cxx. pro una vice, modicè poſtea exercendo, & parcè & cautè vivendo, abſtinendo à lacticiniis, piſcibus & fructibus, & in fine purgando. *Aq. miner.*

Observatio. Vir quidam post omnia alia remedia frustra usurpata, tandem convaluit hausto quotidie per plures menses consequentes posseto ex oxylapatho mane in magna quantitate, & usu cereviſiæ medicatæ cum magna quantitate istius radicis, *viz.* ℔j. radicis ad singulos gallones per longum tempus.

Topica sunt *Fotus*, *Lotiones*, *Linimenta*, *Unguenta*, *Cerata*, *Emplastra*, aliáq; Specifica sequentia.

Fotus. ℞ rad. alth. lil. alb. ana ℥ſs. oxylapath. ℥ij. enul. ℥ſs. fol. scabios. saponar. sumar. enul. ana m. j. Coque in sero lactis. F. *Fotus* cum spongiis applicandus partibus affectis vesperi per horam integram, immò sæpiùs in die si opus sit, quatuor ultimis sudorum diebus.

Lotio. ℞ aq. calcis viv. ℔j. Mercurii præcipitati rubr. q. s. ad aquam colore luteo saturato (vitro concusso) tingendam, f. *Lotio.* Aut

Aq. sublimat. ℞ aq. rosar. plantag. ana ℥j. Mercur. sublimat. gr. iij. aut iiij. Mſ. f. *Lotio.* Aut

Aq. Merc. ℞ aq. fort. commun. ℥j. Merc. crud. ℥ſs. dissolve; adde huic dissolutioni duplum, triplum aut quadruplum aquæ rosar. & solani. Mſ. f. *Lotio.* Aut

Altera. ℞ salis Mercur. ℈ſs. aq. rosar. ℥j. Mſ. f. *Lotio* è linteolo applicanda.

Liniment. ℞ gum. cerasor. aut prun. ℥j. acet. acerrim. ℥iij. dissolve; adde Mercur. dulc. ℥ſs. agitentur in mortario plumbeo ad *Linimenti* consistentiam. Aut

Nutritum. ℞ ol. tartar. recent. ol. ammoniac. per sublimationem in vase vitreo facti ana ℔ſs. acet. ter in alembico vitreo distillat. ℥iv. Mſ.

agitentur

agitentur omnia fortiter in mortario plumbeo diu agitando in formam *Nutriti.* Applica; uno die exſiccat & pruritum aufert.

Linimentum quoq; *ſpecificum* parari poteſt è fol. eleborines in ſartagine frixis cum axungia porci, donec flaveſcunt, cola & fiat *Linimentum*, quo pars affecta cruſtâ nudatâ per multos dies fricetur, & ab inunctione operiatur folio tapſi barbati: tollatur autem cruſta cum baculo corylino cultri modo fabrefacto, non ciendo ſanguinem. *Liniment. ſpecificum.*

℞ rad. oxylapath. rec. conciſ. ℥vj. enul. ℥iij. fol. ſaponar. ſcabioſ. ana m. ij. axung. ſuill. rec. ℔ij. ſucc. rad. bryon. ℔j. ſucci limon. ℔ſs. Coque lento igne ad ſuccorum conſumptionem & herbarum putrilaginem, mox fiat fortis expreſſio axungiæ, de qua accipe ℔j. axung. viper. ℥iij. cinnab. opt. pulver. ℥ij. Mſ. f. *Unguentum*, quo inungantur partes affectæ veſperi in lecti ingreſſu. Succeſſivè autem fiat unctio, non ſimul & ſemel, & medicamenti effectus exploretur. *Unguent.*

℞ ceræ alb. granat. ℥ij. ſperm. cet. recent. ℥ſs. liquefiant ſimul; adde ceruſſ. Venet. in aq. roſar. præpar. ℥j. pulver. alb. Jovis ℨiij. præcipitat. alb. aut fuci ℨij. camph. in ol. ſem. papav. alb. ſolut. ℈j. Mſ. f. *Tela Cerata* geſtanda præſertim noctu. *Tela Cerat.*

Emplaſtrum fieri poteſt ex axung. ſuill. cera, terebint. & ſublimato. *Emplaſtr.*

Olea ſpecifica ſunt oleum ex linteis combuſtis, tritici cum lamina candente ſuper mortario inverſo paratum, & oleum geniſtæ com- *Specifica.*

buſtæ, ol. tartar. fœtidum cum cinnabare, oleum ſtillatitium lithanthracum.

Specifica quoq; ſunt aqua acida geniſtæ, quercûs, guaiaci.

Lapis quoq; *mirabilis* ſequens maximè hîc convenit.

Lapis mirabilis. ℞ litharg. auri, ceruſſ. ana ʒiij. vitriol. alb. ʒj. virid. æris opt. ex Venere præp. ʒvj. alum. rup. calc. viv. ana ʒſs. bol. Armen. ʒij. f. *Pulvis* ſubtilis, cui affundatur aceti vini acerrimi ℔j. vin. alb. opt. ℔ij. Coquantur ad ſiccitatem, addendo ſub finem præcipitati albi non dulcorat. ʒij. Miſceantur exactè, & *Lapis* ſiccus ſervetur ad uſum. ℞ iſtius lapidis ʒj. aq. roſar. plantag. veronic. ana ʒjſs. aut ʒij. Mſ. & applicetur è linteo.

Nota. *Notandum* in genere de lotionibus & linimentis, quòd ſemper à mitioribus incipiendum, & gradatim ad acriora procedendum.

Victus. *Victus* ſit humectans & refrigerans, ex juſculis alteratis cichor. fumar. endiv. &c. *Diæta* quoq; *lactea* inſtitui poteſt è lacte aſinino tempore verno & æſtivo; & nè lac aceſcat, addatur ʒj. pulveris ſequentis cuiq; doſi.

℞ ſacch. roſac. ʒxvj. oculor. cancror. præparat. corall. rub. præparat. margarit. præparat. ana ʒijſs. pulv. roſar. rub. ʒſs. Mſ. f. *Pulvis* ad uſum prædictum. Bibat hauſtum lactis cum hoc pulvere quoq; manè horâ quintâ (ſuperdormiendo) per menſem unum aut alterum.

CAP.

CAP. XXI.

De Pruritu in genere & Impetigine.

MEdicamenta *interna* eadem ſunt ac in *Herpete*, *viz.* Purgantia, Potus medicatus, Sudorifera, Bochetum, Juſcula medicata, Electuaria ſpecifica & Viperina, *&c.*

Balnea fiant ex aqua dulci tepente, cui indantur fol. oxylapath. lapath. aquat. plantag. aquat. ſagittal. aquat. malv. violar. parietar. ſenecion. ſcabioſ. cum flor. roſar. & nenuphar. & uſurpetur bis in die per duas horas quâvis vice citra faſtidium & ſudorem. *Balneum.*

Partes affectæ abluantur *Lotionibus* hujuſmodi.

℞ aq. nenupharin. roſar. plantag. ana ℥iv. aq. fragor. ℥vj. borac. ʒiij. alum. rup. ʒij. camphor. ℈iv. ſublimat. opt. præparat. ʒjſs. Mſ. f. *Lotio.* Aut *Lotio prima.*

℞ aq. ſolan. plantag. ana ℔ſs. ſulph. viv. ʒij. alum. rup. camphor. ana ʒj. ciner. teſtar. ovor. ʒſs. acet. alb. diſtillat. ℥j. Mſ. f. *Lotio.* Aut *Lotio ſecunda.*

℞ vitriol. alb. & virid. alum. rup. ana ℥jſs. ceruſſ. bol. armen. tenuiſſ. ana ℥vj. pulverizentur exactè, & in olla vitrea affunde aq. font. ℔jſs. quæ poſt infuſionem 24 horarum coquatur ad evaporationem. F. Maſſa, de qua cape ℥ſs. aq. roſar. plantag. ana ℥iij. diſſolvantur ut f. *Lotio.* *Lotio tertia.*

Convenit

Convenit hîc quoq; *Lac Virginale* ſequens pro Lotione.

Lac Virginale. ℞ aq. fragor. nenuphar. ana ℥iv. ſal. albiſſ. ℥jſſ. ſal. nitr. depurat. ℥ij. borac. ℥jſſ. alum. rup. ℥j. diſſolve & filtra. ℞ ceruſſ. ℥ij. litharg. auri non lot. ℥j. acet. alb. acerrim. ℥viij. bulliant ſimul aliquantulum, mox fiat colatura per chartam, & utere liquoribus ſimul mixtis ſecundum artem.

Multùm hîc quoq; præſtat Lotio in Capite *de Pſora* deſcripta.

Linimenta ſint hujuſmodi.

Liniment. ☞ ℞ ſucc. radic. oxylapath. ℥ij. ol. amygd. dulc. rec. pomat. * noſtr. ana ℥jſſ. ſucci ſalnar. ℥j. Coque ad ſuccorum conſumption. Colatura tandiu agitetur, donec reducatur ad formam pomatæ in mortario marmoreo, addendo ſalis reſidui lactis virginalis ℥iij. flor. ſulph. ℥ſſ. Miſ. f. *Linimentum*, circa veſperam uſurpandum. Aut radices oxylapathi conciſæ coquantur cum butyro recenti addito ſucco limonum nè comburatur butyrum: de hoc colato ſume ℥ij. pomatæ noſtræ ℥j. addendo cætera juxta eandem proportionem.

Si *Impetigò* cum *pruritu* faciem occupaverit, illinatur facies *Linimento* ſequenti.

Aliud pro facie. ℞ ſucc. ſemperviv. maj. depurat. ℥vj. ſaccharat. cand. ℥ſſ. borac. ℥j. alum. rup. ℥ij. camphor. ℥ſſ. Miſ. f. *Linimentum*, inſolcatur per biduum, dein illinatur facies veſperi; manè verò abluatur aquâ ſeu lotione primâ in hoc affectu deſcriptâ.

Optima

Optima ſunt *Unguenta* ſequentia.

℞ biſmuth. pulverizat. ℥j. unguent. è ſtyracis liq. part. ij. ol. laurin. part. j. ceræ parte dimidiâ facti, ℥ſs. Aut *Unguent.*

℞ præcipitat. alb. edulcorat. ℥j. pomat. ℥j. Miſ. f. *Unguentum.* Aut *Aliud.*

℞ ſtyrac. liquid. ol. roſac. ana ℥j. ſulph. ſal. marin. ana ℥ij. ſucci limon. parúm. Miſ. f. *Unguentum.* *Tertium.*

Manus abluantur *Paſtâ* ſequenti cum aqua, in qua priùs bullierit leviter mica panis albi.

℞ rad. alth. ſicc. ℥iv. farin. lupin. ℥v. amygdal. dulc. & amarar. mundat. ana ℥vj. pineor. recent. mundat. ℥iij. terantur omnia ſimul diligentiſſimè, & f. *Paſta* ad uſum prædictum pro manibus. *Paſta pro manibus.*

Si adſit *ſcabies humida cum pruritu*, adhibeatur *Balſamum* ſequens. *Ad ſcabiem humidam cum pruritu. Balſamum.*

℞ terræ ſigillat. quantum vis; affundatur acetum ſtillatitium; ſinantur ſimul per diem & noctem: dein agitetur acetum cum oleo olivæ communi, donec fiat *Linimentum* album, quod ſiccat ſcabiem, pruritum tollit, & maculas rubras faciei æquat cum cætera cute.

CAP.

CAP. XXII.

De Pruritu Ani, Teſticulorum, & Vulvæ in ſpecie.

Univerſalia ſunt eadem ac in Capite præcedenti.

Quoad *Topica*, præter ea quæ ſuprà deſcribuntur, conveniunt ſequentia.

Tapſmel. ℞ apij, abſinth. tapſ. barbat. ped. columbin. plantag. artemiſ. caryophyllat. ana m. ij. cynogloſſ. totius, ſolan. hortenſ. ſcabioſ. oxylapath. ana m. iij. caprifol. calend. totius, chelid. maj. ana m. iv. Herbæ omnes recentes terantur in mortario lapideo, & per prelum ſuccus extrahatur per reſidentiam depurandus, & filtrandus, cui addatur æqualis mellis quantitas, f. decoctio lenta uſq; ad mellaginem, addendo ſub finem coctionis pro ſingulis libris hujus mixturæ, aluminis in lamina ferrea exſiccati, vitriol. Roman. exſiccat. ana ℥j. agitentur donec omnia redeant ad mellis conſiſtentiam.

Fotus. ℞ fol. plantag. aquat. betonic. aquat. ſambuc. chelidon. maj. calendul. ana m. j. rad. oxylapath. enul. cortic. median. frangul. ana ℥ij. Coque in oxycrato, & cola; in colaturæ ℔ij. diſſolve mell. prædict. ℥iij. Hâc mixturâ foveatur calidè locus pruriens cum ſpongiis mollibus intinctis & leviter expreſſis, idq; per multos dies, ſedulò obſervando medicamenti effectum.

℞ aq.

℞ aq. ſtillat. ſperm. ranar. roſar. alb. plantag. omphac. uvar. puriſſ. ana ℔j. ſal. marin. alum. rup. ſal. tartar. ana ℥vj. ſuccor. depurat. folior. & radic. enul. oxylapath. limon. betonic. aquat. tapſi barbat. perſicar. feræ ana ℥ij. In his ſuccis limpidis diſſolvantur ſales, miſceantur omnia addendo ſulph. viv. ℥iv. inſolentur vel digerantur in Balneo Mariæ aut fimo per octiduum ad uſum, qui erit abluendo partes affectas in egreſſu & ingreſſu lecti quotidie, vel rariùs pro neceſſitate & effectu. Si malum ſit admodum pertinax, addatur liquori usûs tempore aqua ablutionis ſive etiam præcipitationis * mannæ Mercurii, aut Mercurii præcipitati albi ad fucum præparati. *Lotio.*

Liquor hujuſmodi ſimplicior priùs uſurpandus eſt.

℞ aq. font. ℔iv. ſulph. viv. ℥iv. alum. ſal. marin. ana ℥ſs. inſolentur per dies 20. quotidie agitando: hujus ℞ ℥viij. ſuccum unius limon. Mſ. & uſurpetur cum linteis madefactis. Eſt quoque coſmetica, & ruborem & exanthemata faciei tollit. *Altera.*

℞ cortic. median. frangul. recent. minutim conciſ. rad. oxylapath. rec. conciſ. ana m. jſs. rad. enul. campan. bryon. alb. ana m. j. ſcabioſ. totius, ſaponar. tapſi barbat. betonic. aquat. ana m. ijſs. ſemperviv. maj. & min. ſolan. hyoſcyam. papav. nig. craſſul. chelidon. maj. ſagittal. aquat. ana m. ij. aq. fabror. filtrat. ℔iij. axung. ſuill. rec. ℔ij. Coque in cacabo æneo ad conſumptionem aquæ & herbarum putrilaginem, dein f. pinguedinis expreſſio, *Linimenta.*

preſſio, cujus refrigeratæ pars purior in cella locetur ad uſum ſequentem.

℞ axung. ſic præparat. ℥ij. plumb. alb. puriſſ. ad picturam præparati ſeu in pigmentum reducti ℥ſs. calomelan. ʒij. Mſ. f. *Linimentum* ducendo in marmore inſtar pigmenti. Uſurpetur manè & in ingreſſu lecti.

Si humor admodum acris ſit & copioſus, applicetur *Unguentum album*, aut *Arabicum* ſequens.

Unguent. ℞ ceruſſ. alb. ℥ij. litharg. aur. ℥j. oliban. ſubtiliſſimè pulverizat. ʒij. unaquæq; ſpecies per ſe ſubtiliſſimè teratur, & primò pulvis ceruſſæ cum pauco oleo diſtemperetur, poſtea addatur litharg. dein oliban. & cum piſtillo ferreo calido in mortario æneo bene agitentur, imponendo paulatim de oleo, & poſt modicam agitationem addatur nunc parùm aceti, nunc parùm olei, agitando donec mediæ ſit conſiſtentiæ.

Quando iſtud Unguentum inveteraſcit, adde pulver. gummi Arabici, bol. Armen. & ſang. dracon. leniter movendo, & addendo alternatim ol. roſac. & aq. roſac. (in qua aqua priùs diſſolvatur gum. Arabicum) donec debitæ ſit conſiſtentiæ.

In his Affectibus magnarum virium eſt *Unguentum* ſequens *Salus Populi* dictum.

Unguentum Salus Populi. ℞ fol. chelidon. maj. m. ij. heder. terreſtr. m. j. terantur optimè, addendo ſebi cervin. aut arietan. q. ſ. ad quantitatem herbarum, & de oleo olivar. mediam quantitatem ſebi; bulliant cum dictis herbis donec herbæ fundum vaſis petant & denigrentur; coletur ſebum cum

oleo

oleo & refrigeretur & uſui ſervetur: Durum eſt, quapropter usûs tempore in concha oſtrea vel argentea liquetur. Applicetur tantùm circa vulnera & ulcera ubi adſunt excoriationes, puſtulæ albæ vel rubræ, & foveatur priùs pars ſpongiâ aquâ calente imbutâ, ſiccetur & linatur. Optimum quoq; eſt in labiis fiſſis vel combuſtis, igni ſacro, & hæmorrhoidibus.

Specificum in hoc affectu eſt ſagittalis aquatica tota cum radice aquâ incocta pro fotu cum linteis. Item Unguentum de ſtramoneo, & lapis mirabilis Mouffeti in aqua ſolut. *viz.* ℥j. lapidis ad ℔j. aquæ. Eſt autem talis: *Specifica.*

℞ vitriol. Roman. calcinat. ℥iv. camphor. ℥j. radatur camphora & ollæ terreæ indatur, & adde vitriolum opt. pulverizat. gradatim aſpergendo; leni igni imponantur bene tecta, donec primò in liquorem, & poſtea in ſubſtantiam lapideam abeant. Huic lapidi in mortario marmareo pulverizato adde boli Armen. pulveriz. ℥iv. & optimè commiſceantur. Hujus mixturæ ℥j. adde aq. font. ℔ij. Mſ. pro lotione. *Lapis Mirab. Mouffeti.*

Tractatus

Tractatus III.

DE

ARTHRITIDE.

Tractatus III.

DE

ARTHRITIDE.

"TRactatum illum *de Arthritide*, quem "doctiſſimus Author noſter Galli-"cè conſcripſit, non hîc habes, Le-"ctor benevole; ſed novum (qualem qua-"lem) ex ejuſdem Adverſariis Conſiliiſque "collectum: non tam comptè belléq; qui-"dem, ut ille prior, concinnatum, optimis "verò mali hujus antidotis ubiq; refertum.

Inſtituatur *Vomitus* bis, ter, quatérve in anno cum infuſione croci metallorum. *Vomitus.*

Syrmaiſmus provocetur ſingulis menſibus ſemel aut bis. *Syrmaiſmus.*

Poſt vomitum *purgetur* cum *Pulvere* ſequenti.

℞ ſen. turbith, mechoacan. rhabarb. ſem. ebul. ſcammon. ana ℥j. caryophyl. cinnamom. zinzib. mac. ana ℥ſ. Mſ. f. alcohol. Doſ. à ℥j. ad ℈iv. His quoq; addi poteſt Mercurius dulcis ad ℥ſ. & cum gum. guaiac. aloë & balſamo Peruviano formari poteſt in maſſam pilularem. *Pulv. purg.*

Poſt purgationem bis aut ter deveniat æger ad uſum *Pilularum* ſequentium.

Pilulæ ſpecificæ. ℞ fol. chamæpit. ℥j. pulv. pulv. beton. oſſium human. ad albed. calcinat. ana ℥ſſ. glycyrrhiz. pulv. ʒij. terebint. Cyprin. per coctu-ram in aq. chamæpit. indurat. oſſium meſpilor. ana ℥ſſ. f. alcohol, & cum q. ſ. terebint. Venet. f. Maſſa *pilular.* Doſ. à ʒj. ad ʒij. quotidie mane ſuperhauſto aq. chamæpit. betonic. aut primul. veris momento. Perſiſtat in harum uſu per dies 40. Vere & Autumno; immò ſi malum ſit confirmatum, per integrum annum. His Pilulis addi poſſunt gum. guaiac. ʒiij. aloes ſuccotrin. ʒx. & cum balſamo Peruviano formari in maſſam; item crem. tart. rhabarb. turbith, *&c.* & ſic materia morbifica per epicraſin blandè expurgari poſſit.

Si velimus *Pilulas* purgantes tantùm, tum

Pil. purgantes. ℞ pil. Macr. partes duas, ſtomach. diambr. ana partem unam. Mſ. f. *Pil.* Doſ. ʒij. ſemel aut bis in ſeptimana hor. ſomni: & ſi acuere vellemus, cuiq; doſi adde gr. iij. aut iv. extract. Alhand. & inſtillentur ol. aniſ. gut. ij.

Aut loco pilularum ſpecificarum ſubſtitui poteſt *Electuarium* ſequens.

Electuar. ſpecificum. ℞ chamæpit. ℥viij. betonic. chamæd. ſem. hyperic. ana ℥iv. rad. ariſtol. rot. oſſium meſpilor. oculor. cancr. præparat. ana ℥ij. corn. cerv. cran. human. ad albed. calcinat. corall. rub. præparat. interior. oſſis ſepiæ, ſuccin. præparat. ana ℥jſſ. calam. aromat. ſem. angelic. ana ℥j. farin. ſarſæparill. ℥iv. cortic. guaiac.

guaiac. virid. ℥ii. tartar. vitriolat. ſal. abſinth. ana ℥i. F. omnium alcohol excipiend. cum q. ſ. mellis coct. cum ſuccis chamæpit. & betonic. & f. *Electuarium.* Sumat ℥ſ. manè tribus horis ante prandium, ſuperbibendo hauſtum cereviſiæ medicatæ infra præſcriptæ, aut hydromelitis cum chamæpit. chamæd. betonic. yva moſchat. Monſpelienſ. & herba paralyſ. præparat. Huic addi poteſt terebinth. in aq. chamæpit. coct. & indurat. & pulveriſat. ad ʒx Ad hujus Electuarii ℥xvi. addi poſſunt pulv. turbith, hermodactyl. jalap. mechoacan ana ℥ij. & cum ſyr. roſ. cum agaric. & de cichor. cum rheo ana q. ſ. Fieri poteſt *Electuarium Purgans*, de quo ſumat æger ʒvi. aut ℥i. quinto, ſexto, aut octavo quoque die. Huic quoq; addi poteſt anima hepat. & margarit. mineral. ana ℈ſ. cuiq; doſi non purganti per 40 dies. *Purgans.*

Cereviſia Medicata ſit hujuſmodi. *Cereviſia medicata.*

℞ ſarſæparil. alb. & medulloſ. rad. chin. ana ℥vi. lign. lentiſc. nephrit. ana ℥iv. (lign. abietis, roriſmar. junip. addi poſſunt) raſur. corn. cerv. ebor. dentis equi marin. ana ℥iij. fol. chamæd. chamæpit. ana M. vj. betonic. veronic. mar. ana M. iij. ſummitat. roriſmar. florid. pœon. paralyſ. ana M. i. ſambuc. M ſ. nuc. moſchat. in fruſta ſect. no. iv. Omnia debitè ſiccata & ſacculo ex tela rara incluſa pendeant in gallon. v. cereviſ. non lupulat. & totidem lupulat. recent. & ſinatur fieri fermentatio ad perfectam depurationem. Liquor limpidus ſit pro Potu ordinario in paſtibus, & extra paſtus: chalybs addatur in fruſtulis ad

℔i. ſucc. cohlear. ℔ij. naſturt. aquat. & becabung. ana ℔i.

Loco *Cereviſiæ medicatæ* uſurpari poteſt *Hydromel* ſequens, varietatis causâ.

Hydromel. ℞ rad. taraxac. cichor. oxylapath. ana ℥viij. filic. fœmin. bardan. dulcamar. ana ℥x. raſur. buxi, lign. junip. roriſmar. arund. vallator. ana ℥iv. ſantal. alb. rub. ana ℥iſ℈. rad. & ſem. pæon. mar. ana ℥ijſ℈. fol. beton. chamæpit. chamæd. ceterach. ana Mij. fol. veronic. mar. ſcabioſ. ſaponar. agrimon. pimpinel. totius ana Miſ℈. flor. geniſt. ſalv. roriſm. ſambuc. ana p.vi. ſem. alkekeng. mil. ſol. petroſelin. ana ℥ſ℈. nuc. moſch. contuſ. n°. iv. Coquantur omnia in cong. xij. aq. f. ad duorum conſumpt. dein fiat Colatura, in qua clarificat. diſſolve mellis cong. j. Coque ſedulò deſpumando donec reſtent liquoris cong. viij. qui indatur doliolo juſtæ capacitatis, addendo ſem. ſinap. ſacculo incluſ. ℥i. Exponatur ſoli, vel in hypocauſto fermentetur ad depurationem. Cathartica addi poſſunt pro re nata.

Juſculum quoq; *medicatum* ſumi poteſt manè horis tribus ante prandium, *viz.*

Juſculum medicatum. ℞. rad. chin. ℥j. lign. roriſmar. ℥ſ℈. ſantal. rub. ℥iij. Infundantur per hor. 24 in ℔iv. aq. f. in qua coquatur pullus gallinaceas, cui exenterato indita fuerint ſequentia, rad. fœnicul. aſparag. petroſelin. ruſc. ana ℥vj. raſur. corn. cerv. ebor. oſſium bubulor. major. ana ℥iiij. paſſul. Corinthiac. uvar. ana ℥v. addendo ſub finem coctionis fol. agrimon. chærefol. calend. ana Mſ℈. flor. primul. ver. p.vi. ſummit. thym. anth.

anth. ſalv. ana p. i. macis ℥i. Reducatur ad ℔i. pro duobus juſculis ſumend. ut ſuprá. In his diſſolvantur cremor tartar. & tartar. vitriolat. ana ℈i. aut ℥ſ℔.

Horâ dimidiâ poſt ſingulos paſtus ſumat coch. iá *pulveris digeſtivi* ſequentis.

℞ ſem. aniſ. fœnic. dulc. coriand. præpar. ana ℥ſ℔. flaved. citr. aurant. condit. ſicc. ana ℥vi. ſummitat. roriſmar. majoran. condit. ſicc. ana ℥iij. cinam. inter. macis ana ℥ij. coral. rub. præparat. margarit. præparat. ana ℥ijſ℔. corn. cerv. vitriolat. ejuſdem philoſophicè calcinat. partis alb. mollis conchar. oſtrear. ana ℈vij. confect. alkerm. ℥ſ℔. Mſ. addito quadruplo ſacch. alb. duri. F. *Pulvis* ſubtiliſſ. ad uſum prædictum. *Pulvis Peptic.*

Æger bis in die ſumat *Tabellas* ſequentes, ſuperbibendo hauſtum cereviſiæ medicatæ.

℞ margarit. mineral. ℥xv. bezohar. cervin. ℥x. macis ℥iſ℔. confect. alkerm. ℥ij. ſacch. cryſtal. ℥iv. Trita & in alcohol reducta cum mucilagine gum. tragacanth. q. ſ. reducantur in formam *tabellarem* ſumend. ut ſuprá. *Tabellæ medicatæ.*

Si volumus *Purgantes*, ſint hujuſmodi, & ſumantur tantùm ſemel in ſeptimana.

℞ irid. Florentin. cortic. citr. ſicc. caryophyl. nuc. moſchat. lign. aloes ana ℥i. fol. ſen. ℥ſ℔. turbith, hermodact. rhabarb. elect. ana ℥iſ℔ diagrid. ℥i. ſacch. albiſſ. ℥vi. F. *Tabellæ* ponder. ℥ij. ſumend. ut ſuprá. *Tabellæ Purgantes.*

Conveniunt hîc quoq; *Aquæ minerales Spadanæ*, & *Bathonienſes* intus & extus uſurpatæ. *Aqq. Spad. & Bathon.*

Loco *Tabaci* ſubſtitui poteſt *Pulvis* ſequens.

Pulvis loco Tabaci usurpandus.

℞ Cortic. virid. piſtach. ℥ij. lign. guaiac. interior. nigerrim. lign. Rhod. ana ℥i. lign. aloes, calam. aromat. ana ℥ſs. ſummit. majoran. roriſmar. ſicc. ſalv. rub. ana ℥ij. ſuccin. flav. ℥v. nuc. moſchat. ℥ijſs. tabac. Indic. ſuavior. decimam reliquorum partem Mſ. f. *Pulvis* per fiſtulam fumigandus.

Si magna ſit humorum è Capite in articulos defluxus, operimenta Capitis *Suffitu* ſequenti fumigentur.

Suffitus.

℞ maſtich. thur. ſandarac. benzoin. ana ℥i. lign. Rhod. calam. aromat. lign. aloes ana ℥ſs. majoran. ſalv. roriſmar. ſicc. ana M.i. cortic. piſtach. virid. ℥ſs. roſ. rub. p.iij. ſem. coriand. nigel. Roman. ana ℥x. Fiat Pulvis craſſiuſculus pro *Suffitu* mane & paulo ante ingreſſum lecti uſurpandus.

Specifica interna ſunt ſequentia, *viz.*

Potus medicatus.

Potus medicatus ſequens, quocum Eques Gulielmus Broncker omnino ſanatus fuit, in cujus uſu per 40 dies perſiſtebat bis terve in anno.

℞ ſaſſafr. ℥ij. ſarſap. ℥iv. guaiac. ℥iv. cortic. aurantior. caryophyllis transfix. n°. ij. thym. roriſmar. ſalv. majoran. abſinth. vulg. & Pontic. ana Mſs. Fiat Sacculus pro quarta parte dolii communis cereviſiæ ſex ſolidorum: fermentatione finitâ, recondatur lagenis lapideis ad uſum.

Summitates quoq; ſambuc. ad M.iſs. in vin. alb. Rhi. coct. ad tertias multis profuiſſe dicitur. Doſ. ℥iiij. tepidè mane & veſperi per dies novem.

Specificum.

Succus Betoniæ recent. menſe Maio è fol. expreſſus

expreſſus ad ℥iv. mane ſine depuratione ad dies xii. ſumptus; dein ejuſdem cochleare unum in cyatho cereviſiæ commiſtum per alios dies xviii. potatum; multùm hoc prodeſt; purgat efficaciter ad quinq; vel ſex ſedes. Quotannis eſt repetendum. Betonica quoque omni modo uſurpata multùm præſtat.

Pulvis Scarabæorum (quæ ſunt animalia minora ſcarabæis pilularibus naſcentibus in ſtercore bubulo) coloris cæruleo-nigri, quo lucent alarum theræ, caput pronum habentium, corpus oblongum vix minimi digiti magnitudinem æquantium, in ericetis viventium, atq; è ſuis cavernulis Maio & Junio menſibus erepentium (ubi quærendum) in aceto acerrimo ſuffocatorum, poſtea in furno ſiccatorum poſt exemptum panem, toties donec in pulverem reduci poſſint, in aquis ſtillat. ononid. ſaxifrag. parietar. macerat. dein optimè ſiccat. optimum in hoc affectu eſt remedium. Servandus eſt in vaſe vitreo ſubere & veſicâ optimè obturato. Naſcitur utplurimùm in Gueldria, & reperitur quoq; in Anglia. Venenati ſunt, & inſtar cantharidum veſicam efficiunt, & ſtranguriam moleſtiſſimam excitant, quæ tamen per ſe ſedatur, poſtquam vis pulveris ſuam perfecit operationem. Si incautè exhibeatur tribus quatuórve diebus conſequentibus, aut nimiâ quantitate, hominem jugulat. Quoad *Effectum*, horis circiter duabus ab aſſumptione incipit irritare veſicam, & excitat ingens meiendi deſiderium cum ſtranguria, quæ ſymptomata durant utplurimùm per horas xv. ad ſummum. Toto eo tempore

Aliud.

Hujus Effectus.

tempore excernitur cum urina mucus valde ſalſus, & inſtar plumbi gravis, quemadmodum in iis qui tartaro lutoſo laborant, aut qualem egerere ſolent ii qui lapidem habent in veſica. Interpolatis diebus, ut quarto, ſexto, octavo pro ratione virium, exhibitio eſt repetenda ad vi. viii. xii. aliquando ad xvi vices. Quovis anni tempore exhiberi poteſt; optimum autem tempus eſt quando humor eſt in motu, & paroxyſmus arthriticus incipit, tunc enim hoſtis jam commoti facilior eſt excluſio. Mirum eſt quanta excernatur ſucceſſivè muci quantitas admodum ponderoſi. Univerſalia pro re nata præmitti poſſunt. Lenientia item præmittenda, aut poſtponenda ſunt; nam ſi cum ſpecifico exhibeantur, vires ejuſdem enervant. *Doſis* eſt à gr. iv. ad viij. ad ſummum cum aliqua conſerva in formâ pilulari. Poſt operationem ad roborandas partes, utiliter exhibetur aliquid aquæ vitæ medicatæ, ut aquæ aniſ. aut ejus ſimilis. Quoniam verò potenter urinas expellit, nunquam eſt exhibendus ubi ſuſpicio ſit majoris latentis calculi.

Doſis.

Aliud. *Cortex radicis eſulæ minoris* cum acet. præpar. & pulveriſat. eſt blandum & potens hydragogum, & in arthritide maximè proficuum, ut ſæpiùs fuit comprobatum à Medico Gallico pro Duce de Soubize: ille tamen aliquando grana aliquot mercur. vit. admiſcuit ad vomitum ciendum. Doſ. à gr. xv. ad 3ſs. Notandum verò Diætam ſudorificam poſtea eſſe inſtituendam per dies xx. & articulos linimento corroborante eſſe inungendos.

Aliud. Quidam arthritide laborans admodum violentâ

lentâ in omnibus junctûris, curatus fuit exhibitione mercur. vit. gr. ii. & ʒii. caryocoſtin. unde duodecies vomuit, & octies fuit purgatus, ſtatímq; ſine baculo (quod antè ſemper portavit) deambulavit.

Electuarium ſequens maximè à Cratone laudatur.

℞ braſſic. marin. ſubtiliter pulver. ʒſ℈. rhabarb. pulv. ʒii. ſpecier. dialacc. diacurcum. ana ʒi. hepat. lup. præpar. limatur. chalyb. cum acet. ſcillit. pluribus horis lot. ana ʒſ℈. mell. deſpumat. q. ſ. Mſ. f. *Electuarium.* Doſ. cochl. i. hor. duabus ante prandium, & tantumdem hor. ii. ante cœnam. *Electuarium ſpecificum.*

Pulveres ſpecifici ſunt ſequentes.

℞ fol. chamæd. chamæpit. centaur. min. ariſtoloc. ſalv. betonic. ana partem unam, lign. guaiac. optimè matur. nig. partes viij. Terantur ſingulæ ſeorſim, & Mſ. f. *Pulvis* ſubtilis. Doſis à ʒſ℈. ad ʒi. Huic addi poſſunt rad. gentian. Rhapontic. &c. *Pulvis ſpecificus.*

Pulvis eupator. canabin. à ʒi. ad ʒii. quoque mane ſumpt. per longum tempus valet ad præcautionem. *Alter.*

Electuaria ſpecifica ſunt ſequentia.

℞ zinzib. maſtich. caryophyll. galang. ana ℥i aniſ. fœnic. mil. ſolis ana ʒſ℈. turpeth. hermodact. ana ʒiſſ. diagryd. ℥ii. ſagapen. acet. ſolut. & exſiccat. ʒſ℈. mel depurat. q. ſ. Mſ. f. *Electuarium.* Doſ. à ʒii. ad ʒiij. *Electuarium ſpecificum.*

℞ caryophyll, coſti, zinzib. cinam. ana ʒi. hermodactyl. cyclam. diagryd. ana ʒii. mel. aq. ebul. depurat. ʒiiij. Mſ. f. *Electuarium.* Doſ. à ʒiij. ad ʒv. *Aliud.*

℞ ſarſæ-

Aliud. ℞ ſarſæpar. ℥iv. ſem. ebul. vin. alb. ſæpiùs humectat. & in cliban. exſiccat. ℔ſſ. ſem. hyperic. ℥iij. fol. chamæd. chamæpit. ana ℥iij. rad. angelic. ℥iij. ariſtoloch. rot. ℥vi. cinnam. elect. ℥iiſſ. caryophyll. ℈iv. croc. ℈ii. Pulverizentur omnia, & cribrentur, & cum mell. q. ſ. f. *Electuarium.* Doſ. quantitas nucis jugland. mane per aliquot menſes eſt medicamentum mirabile in hoc affectu, & ſæpiùs à Medico Ducis Sabaudiæ probatum.

Pilulæ ſpecificæ. *Pilulæ* quoq; ſequentes multùm hîc conducunt. ℞ turpeth. myrobalan. chebul. hermodact. colocynth. euphorb. agaric. ſarcocoll. caſtor. ſagapen. opopanac. bdell. ammoniac. ana ℥i. croc. ſquinant. maſtiches, ſal. gem. ſem. aniſ. apii, cicut. ana ℥ſſ. cum ſucco fœnic. f. Maſſ. Pilularis. Doſis à ℈i. ad ℥i.

Specificum ſimplex. *Axungia leporis* ad ℥i. in vino vel cereviſia ſumpta, optimum eſt in hoc affectu remedium, & purgat per ſeceſſum.

Externa. Quoad *Externa*, ſunt Fotus, Cataplaſmata, Inunctiones & Emplaſtra.

Fotus ſunt ſequentes.

Fotus. ℞ vin. alb. ℔ivſſ. aquæ tantundem, fel. bubul. vel vervecin. ℥vi. vitriol. Roman. ℥vi. tartar. alb. ℥iij. ſacch. cand. ℥iv. Mſ. bulliant ad mediæ partis conſumptionem: ubi refrixerit liquor, coletur, & purior pars uſui ſervetur, quâ calidè foveatur pars.

Alter. ℞ urin. puer. ℔ii. aq. fabror. ℔iij. acet. è flor. ebul. præpar. ℔ſſ. vitriol. alb. & virid. ana ℥iij. Mſ. Intingantur linteamina multiplicia, & calidè applicentur loco dolenti, ſubinde mutando, nè ſiccefcant. ℞ urin.

℞ urin. puer. ℔x. vitriol. virid. ℔iij. Deſtillentur ſimul in retorta poſt putrefactionem; huic verò in vaſe recipiente amplo adde ſpir. vin. optimè rectificat. ℔iij. croc. ℥iij. camphor. ℥ſs. Mſ. ſerva vaſe vitreo probè clauſo, & uſurpetur ut liquor præcedens. *Alter.*

Oxoronia Zwingeri fit ex urina & vitriolo tantùm per ſe deſtillat. poſt fermentationem, & ſal quod in collum retortæ aſcendit, ſublimando, & cum liquore deſtillato commiſcendo.

Si Tumor œdematoſus pedum ſit ſimul conjunctus, *Fotus* ſit hujuſmodi

℞ raſur. lign. ſanct. cortic. ejuſd. ana ℥ii. rad. ebul. cyclam. bryon. ireos noſtrat. cucum. aſinin. ana ℥iij. ariſtoloch. utriuſq; ana ℥iſs. colocynth. ℥i. fol. abſinth. centaur. min. hyperic. ſalv. baccar. laur. junip. ana ℥x. Coquatur in lixivio è cinerib. braſſic. juniper. ilicis. De Colatura ſume ℔iv. vin. Alicant. ℔ii. nitr. ſal. marin. ana ℥ii. Mſ. pro *Fotu* bis in die uſurpando è filtris ſpiſſis & multiplicibus intinctis & expreſſis. *Alter.*

Notandum, valde aſtringentia tantùm in initio & fine eſſe uſurpanda. NB.

Cataplaſmata ſunt aut lenientia anodyna, aut diſcutientia, aut mixta, *viz.*

℞ rad. hyoſcyam. tenellul. verno tempore effoſſar. ℔i. optimè lotæ ſcindantur per tenues taleol. & in mortar. marmor. terantur veluti in pultem: huic affunde cereviſ. Gedan. ℔iv. vel ejus defectu allæ fortioris recent. coct. non fermentat. quartas duas; coq. continuò agitando ad medietatis conſumptionem: *Cataplaſma anodynum.*

nem : ſinantur ſimul in vaſe terreo per duos aut tres dies, dein coletur per canaputium denſum cum forti magmatis expreſſione : Liquor, additâ ℔i. mellis, continuò agitando, & cavendo ab empyreumate, reducatur ad conſiſtentiam mellis ; applicetur calidè è linteo multiplici ; vel præparetur cataplaſm. è mica panis & lacte, cui addatur prædicta pulpa. Eſt *Anodynum* ad omnes dolores, præſertim arthriticos.

Aliud. ℞ rapor. excorticat. rad. conſolid. maj. ana ℔i. tabaci Anglic. vel hyoſcyam. ℥viij. petroſelin. ſylveſtr. vel cicut. m. vi. Coquantur in lacte ad putrilaginem, piſtentur, trajiciantur, & adde mic. pan. alb. in vino Hiſpanic. macerat. ℔i. pulv. ſubtil. hermodact. & ireos Florent. ana ℥ii. pulv. majoran. ſalv. abſinth. ana ℥ſs. flor. chamæm. melilot. ana ℥i. medull. caſſiæ rec. extract. ℥iv. medull. crurum bovis, ſperm. cet. ana ℥v. croc. ſubtiliſſ. trit. ℥ij. Mſ. f. *Cataplaſma.*

Aliud. ℞ mic. pan. alb. in lacte rec. macerat. diu ℥iij. rad. conſolid. maj. in lacte coct. piſt. & traject. medull. pom. dulc. itidem coct. ana ℥iiſs. medull. caſſiæ rec. extract. in aq. verbaſc. & ſpermat. ranar. ℥iv. ſperm. cet. rec. axung. human. rec. ana ℥iſs. croc. pulv. ℥i. Mſ. f. *Cataplaſma.* Dolores certò ſedat intra paucas horas.

Aliud. ℞ rad. ſymphyt. maj. rec. ℔i. caulium virid. & rub. petroſelin. ſylveſt. id eſt cicut. ana m. iiij. rad. tabac. Anglic. ℥vi. Coquantur in lacte rec. ad putrilag. piſtentur & trajiciantur, & trajectis adde mic. pan. alb. lacte macerat.

macerat.medull.pom.toſt.ana ℔i.flor.caſſ. ℥iv. ſperm. cet. ℥iij. medull. crurum bovis ℥v. croc. pulv. ℥ii. Mſ. f. *Cataplaſma* ſemel quotidie renovandum. Comitiſſam de Bedford ſtatim levabat poſt omnia alia remedia fruſtrà tentata.

Paſſulæ communes exarillatæ in aq. verbaſci aut caulium virid. coct. & per ſetaceum traject. formâ *Cataplaſmatis* multùm dolores ſedant. *Aliud.*

℞ ſterc. bovis nigr. ℔i. aq. roſ. veronic. ana. ℥i. album. ovi cum fruſto alum. conquaſſat. n°. i. camph. ℈i. croc. ℥i. Mſ. f. *Cataplaſma.* *Aliud.*

℞ ſterc. vacc. rec. q.v. diluatur ſ. q. acet. vin. acerrim. addatur mica panis cum butyro rec. commiſt. Mſ. f. *Cataplaſma.* *Aliud.*

℞ ferment. vet. ℥xvi. picis nigr. ol. hyperic. ana ℥iv. pulv. ſubtiliſſ. caryoph. ℥ii. picem in oleo diſſolvendo cum cæteris miſceatur, & ſ. a. fiat *Cataplaſma.* *Catap'aſma diſcutiens.*

℞ farin. fœnugræc. ℥ii. Coquantur in aceto acerrim. ad pulticulam, adde caſſ. fiſtul. rec. extract. ſperm. cet. rec. ana ℥i. camph. croc. pulv. ana ℥i. Mſ. f. *Cataplaſma.* *Anodynum.*

℞ micam duorum panum albiſſ. quam macera in carnis brodio, tere in mortar. adde ol. roſ. aneth. chamæm. ana ℥iſs. croc. ℈ſs. opii ℥ii. vitell. ovor. n°. iv. Mſ. f. *Cataplaſma.* *Aliud.*

Fieri quoq; poteſt è fol. hyoſcyam. ſub cineribus chartâ obvolutis coctis cum vitell. ovor. & ol. roſ. aut axung. ſuill. rec.

℞ rad. ebul. ſymphyt. maj. alth. ana ℥ii. hyo- *Anodynum & diſcutiens.*

hyoſcyam. ℥iv. fol. rut. ſalv. apii ana Mi. bulliant in oxycrat. ad putrilag. terantur, trajiciantur per ſetaceum, adde ſem. fœnugræc. in acet. infuſ. & piſt. ℥iij. ſapon. mollis ℥viij. caſſ. rec. extract. ℥ii. camphor. ℈ii. vitell. ovor. n°. iv. Mſ. f. *Cataplaſma.*

Aliud. ℞ rad. bryon. ſigill. beatæ Mariæ ana ℔ß. alth. ℥vi. cicut. hyoſcyam. cynogloſſ. cortic. median. ulm. ſambuc. ana ℥v. ſcrofular. totius, betonic. aquat. fol. ebul. heder. terreſtr. digital. totius ana m.iii. cochlear. utriuſq; naſturt. aquat. becabung. barbar. ana m. ii. Coquantur lentè in aq. fabror. ferrar. in qua ſæpiùs extincta fuerit lamina ſpiſſa cupri candentis. Simplicia ad putrilaginem reducta piſtentur & trajiciantur per ſetaceum; adde ſterc. caprill. & cuniculi ſubtiliter pulver. ana ℥vi. farin. ſem. lin. fœnugræc. ana ℥iij. quæ cum liquore reſiduo decoctionis reducantur ad pulticulam. F. *Cataplaſma*, addendo mell. crud. vulg. & mell. paſſular. & ficuum ex ipſis coctis in prædicto liquore præpar. ℔i. ol. pedum vervecin. axung. ſuill. rec. ana ℥iij. Mſ. f. *Cataplaſma* applicandum quotidie parti tumenti & dolenti, & repetatur antequam exaruerit: efficacius erit, ſi oleum aut pulvis bufonum addatur. Eſt diſcutiens & anodynum.

Aliud maximè diſcutiens. ℞ rad. rec. ireos noſtrat. bryon. cucum. aſinin. cyclam. ana ℥iij fol. virid. ebul. apii ana M.iv. hyperic. abſinth. ana m ii. braſſic. m iij. Coquantur in lixivio è ciner. braſſic. junip. & ilicis ad putrilag. Magma piſtetur & trajiciatur per ſetaceum, de quo ſume ℥vi. farin.

rin. hord. & lupinor. eodem lixivio humectat. ana ℥iſſ. pulv. hermodact. ireos Florent. ana ℥i. pulv. cumin. anethin. ana ℥vi. bacc. laur. ℥ſſ. mell. crud. ℥vi. Mſ. f. *Cataplaſma* noctu applicandum, addendo nitri ℥iij.

Ad *roborandum* ℞ rad. ſymphyt. maj. coct. in vin. Alicant. piſt. & traject. paſſul. ſolis cum arillis contuſ. ana ℔ſſ. farin. fabar. & gelatin. C. C. cum eodem vin. præparat. ana ℥vi. pulv. roſ. ſubtiliſſ. ℥ſſ. pulv. flor. chamæmel. melilot. ana ℥iij. ol. lumbric. ſperm. ceti ana ℥iiſſ. Mſ. f. *Cataplaſma* poſt ſedatos dolores applicand. *Cataplaſma roborans.*

Linimenta ſunt hujuſmodi.

℞ ol. keyrin. ℥viij. ſal. marin. decrepitat. & in alcohol reduct. ℥vi. ſapon. Venet. ℥iiij. balſam. Peruv. ℥i. medull. cervin. in vino Alicant. cum fol. ſalv. laur. majoran. lavend. coct. ℥iij. Mſ. f. *Linimentum*, quo inungantur articuli debiles quotidie in ingreſſu lecti ad luculentum ignem, ſuperpoſitis ſoccis, caligis aut linteo calente. Notandum, hoc linimentum articulos debiles præcipuè reſpicere, dolore & tumore ſedatis. *Linimentum ex ſale, roborans.*

℞ ſal. marin. fuſ. & in ſubtiliſſ. pulv. redact. ℥vi. aq. vit. è vino extract. ſine phlegmatis ſeparatione q. ſ. ut ſupernatet quatuor digitis in vaſe æneo aut fictili optimè vitreato: impone igni ut aqua-vitæ caleat, dein accendatur, & fiat continua agitatio ad omnimodam ſalis diſſolutionem, ita ut fiat liquamen oleoſum; dein per pannum ſtamineum coletur ad uſum. Loco ſalis ſumi poteſt terra foliata tartari, quæ humorum acrimoniam maximè temperat. *Oleum ſalis.*

Linimentum diſcutiens. ℞ rad. ebul. irid. noſtrat. bryon. utriuſq; ana ℥i. hermodactyl. ℥x. fol. ſalv. majoran. roriſmar. laur. ana m. j. abrotan. utriuſq; fol. & flor. lavend. chamæm. nobil. ana m. ſ. flor. keyr. ſambuc. ana p. iij. nuc. moſc. caryoph. ana ℥ ſ. ol. commun. ℔i. axung. ſuill. rec. ℔i. vin. Canarin. ℔ii. Coquantur ad vin. conſumpt. & herbarum putrilag. Exprimatur pinguedo, cujus refrigeratæ ſumatur pars purior. ℞ iſtius pingued. ℥xvi. ſapon. Venet. alb. raſ. ℥iij. liquentur ſimul, addendo ol. palm. ℥ii. ol. ſalis præſcript. ℥vi. Mſ. & nutriendo f. *Linimentum:* applicetur mane & veſperi poſt inflammationem ſedatam.

Aliud. ℞ ol. keyr. ℔i. ol. pedum bubul. ℔iſ. medull. cervin. axung. anſer. taxi ana ℔ſ. fol. rec. majoran. ſalv. lavend. cum flor. laur. ana m. ii. hermodactyl. ℥iij. caryophyll. ℥i. vin. Alicant. ℔iv. Bulliant ad vini conſumpt. & herbarum putrilag. f. expreſſio per linteum. Hujus pingued. ℞ ℔iſ. unguent. catellor. ℔ſ. ſperm. cet. unguent. aurant. ana ℥iv. ol. nucis moſchat. liquidambr. balſam. Peruv. nig. ana ℥i. gum. tacamahac. puriſſ. ℥ii. liquentur ſimul lento calore: liquatis adde ſal. marin. fuſ. trit. in alcohol ℥ix. Nutriantur ſimul in mortario, & fiat *Linimentum* ad uſum.

Si adſint nervorum retractiones & ſubſultus membrorum, demulceantur *Litu* ſequenti.

Leniens. ℞ ol. lumbric. catellor. ana ℥iv. pingued. gallin. rec. medull. crurum vitul. & cervi ana ℥j ſ. Mſ. f. *Linimentum.*

Anodynum & Diſcutiens. ℞ bufones ſi fieri poſſit majores n°. iv. lacertas

certas griſeas minores n°. xii. colubros præpingues excorticat. per fruſta diviſos n°. ii. axung. ſuill. ol. commun. ana ℔.i. vin. Canarin. generoſ. acet. ana ℔iſs. Coquantur ad animalium putrilag. & liquorum conſumpt. F. pinguedinis expreſſio, cujus refrigerat. ſumatur pars purior, ad cujus ℥viij. adde camph. ℥iij. petrol. ℥i. Mſ. f. *Linimentum*, quo linatur totus tumor cum penicillo, ſuperpoſitâ byſſo admodum rarâ, & ſuperponatur Cataplaſma.

℞ ol. roſat. unguent. populn. ſalis ana ℥ſs. philon. Roman. ℥iij. opii, ſucc. hyoſcyam. ana ℈j. ceræ q.ſ. Mſ. f. *Linimentum* maximæ virtutis. *Anodynum.*

Fiat ſtratificatio è limacibus rubris & ſale marino in olla lapidea aut fictili vitreata, claudatur exactè, ſepeliatur in fimo columbino aut equin. calido per dies decem; ſal liquabitur cum muco ſeu ſaliva limacum; hoc liquore imbutum multiplex linteum applicetur tepidè nodis arthriticis & juncturis debilibus per plures dies vere quotannis. Experimentum Ducis de Vendoſme. *Roborans.*

℞ fol. ebul. chamæpit. ana m.iſs. ſummit. anth. ſalv. ana m. i. flor. ſambuc. cheyr. ana m.iv. verm. terreſtr. vino generoſ. optimè lot. ℔i. colubros maj. per fruſta ſect. n°. vi. ol. commun. ℔iij. Coquantur ad vin. conſumpt. & ſpecierum putrilag. Exprimatur pinguedo, quæ refrigerata à fæcibus purgetur. *Diſcutiens.*

Præparetur ſeorſim oleum è ſale marin. decrepitat. pulveriſat. additâ aquâ vitæ eodem modo quo præparari ſolet ol. ſacch. & ſeorſim reſervetur hoc liquamen.

Sapo Venetus albus, durus, raſus, diluatur optimo vini ſpiritu.

℞ ol. dict. partes viij. ol. ſal. partes ii. liquaminis ſaponis part. i. Mſ. f. *Linimentum* penicillo ſuperinducendum ſine ulla frictione. Superinduantur chirothecæ, tibialia lanea, & partes affectæ calidæ continuò ſerventur.

Olea ſpecifica ſunt hujuſmodi.

Oleum anodynum. ℞ ol. hyoſcyam. ℔i. opii præparat. ℥ii. ad ℥ſſ. camph. ℥ſſ. croc. ℥i. f. digeſtio pro litu in doloribus.

Aliud. ℞ ol. papav. alb. aut hyoſcyam. ℔i. opii à ſulph. liberat. à ℥ii. ad ℥ſſ. flor. ſeu ol. ſpic. ℥ſſ. aut ℥ii. Digerantur ut ſuprá.

Oleum diſcutiens. ℞ ol. lumbric. de laterib. ana ℥iij. ol. aneth. chamæmel. ana ℥iiſſ. ol. caſtor. ℥ii. aq. vit. ℥iv. Mſ. f. Litus.

Unguenta ſint ſequentia.

Unguentum diſcutiens. ℞ ſucc. rad. ebul. ℔i. ſucci baccar. ejuſdem & ſambuc. ana ℔iſſ. ſucc. peti, abſinth. verbaſc. ana ℥x. vin. Alicant. Hiſpanic. ana ℔ii. flor. primul. ver. ℔i. ſalv. ſummit. roriſmar. ana ℥iv. lumbric. terreſtr. lot. ℔ii. ſem. contuſ. ebul. ſambuc. ana ℥xii. axung. ſuill. rec. ol. roſ. ana ℔iiſſ. ol. palm. ℔i. laurin. ℥iv. nuc. moſch. ℥ii. Bulliant ad ſuccorum conſumpt. & vermium putrilag. F. fortis pingued. expreſſio, de qua cape ℔i. ſal. marin. fuſ. in alcohol trit. ℥iv. ſapon. Venet. alb. ℥v. Mſ. terantur in porphyrit. & ducantur inſtar pigmenti pictorum, ut fiat *Unguentum.*

Aliud. ℞ acet. ſambucin. ℔ii. litharg. aur. argent. ana ℥iv. coquantur ad tertiæ partis conſumpt. Factâ colaturâ, in ea diſſolve ſacch. Saturn. ℥ii.

ſerve-

ſervetur in vitro bene clauſo ad uſum. Hujus ℞ q. v. ol. roſ. q. ſ. & longâ agitatione in mortario ſ. a. f. *Unguentum* nutritum. Multum valet in tumoribus duris, & excreſcentiis poſt fomentationem.

Præparetur oleum cum lumbricis, flor. keyr. lavend. chamæpit. ſtœchad. ebul. utriuſq; cum horum multiplici infuſione & digeſtione. *Roborans.*

℞ hujus ol. aut infuſionis ℔iſs. gum. caran. tacamahac. ana ℥iv. ſapon. Venet. ℥vi. axung. human. medull. cervin. vel ſperm. cet. ana ℥v. ſal. marin. decrepitat. ℥xii. Mſ. f. ſ. a. *Unguentum* nutritum pro juncturis debilibus. Huic addi poſſunt ſtyrac. liq. & liquid. ambr. ana ℥i. & ſal. è cinerib. clavellat. extract. ℥iij. quod magis anodynum reddet *Unguentum.*

Notandum, Tibialia & Digitalia his oleis, linimentis, unguentis, & balſamis imbui debere.

Balſama varia in hunc affectum præſcribi poſſunt, *viz.*

Fiat valentia è fol. rut. virid. m.iv. origan. puleg. menthæ, abſinth. virid. ſalv. ana m.ii. Contundantur in mortar. lapid. addendo axung. ſuill. vet. ℔iv. Digerantur in fimo equin. vaſe fictili per quatriduum, dein fiat expreſſio fortis per torcular; dein addantur novæ herbæ ut ſuprà, ad quatuor vices. *Balſamum diſcutiens.*

℞ hujus valentiæ ℥xvi. medull. cervin. ol. laur. ana ℥iv. gum. tacamahac. ℥iv. elem. ℥iij. ol. expreſſ. nuc. moſch. ℥ii. ol. baccar. junip. roriſmar. ſpic. petrol. ana ℥i. ſapon. Venet. ℥vi. eſſent. caſtor. cum optimo vini ſpirit. extract. ℥ii. Mſ. & lento igne liquatis

liquandis, oleis verò ſub finem mixtionis additis, f. *Balſamum.* Uſurpetur calidè mane & veſperi, addendo unctionis tempore optim. ſpir. vin. q. ſ.

Aliud. ℞ verm. terreſtr. ℔i. catulum lactant. præping. n°. i. fol. laur. roriſmar. majoran. ſalv. lavend. totius, chamæpit. ana m. iſ. flor. cheyr. p.vi. hermodact. ℥iij. axung. ſuill. rec. ol. commun. medull. crurum bovin. ana ℔ii. vin. Hiſpan. Alicant. quart.ii. Bulliant ad vini conſumpt. & cæterorum putrilag. F. pingued. expreſſio, ad cujus ℥xvi. adde ſal. marin. fuſ. & lævigat. in alcohol. ℥iv. ſperm. cet. rec. ol. palm. medull. cervin. ana ℥iij. balſam. Peruv. nig. ol. nuc. moſch. ana ℥i. ol. ſpic. petrol. ana ℥ii. Mſ. f. *Balſamum* quotidie in ingreſſu lecti juncturis debilibus applicandum, ſuperpoſitis laneis ſoccis aut tibialibus. Vide de ſerpentibus, colubris, coquendis cum vermibus.

Ranæ virides in ol. coct. reddunt *Balſamum* valde anodynum.

Aliud. ℞ medull. crurum bovis & cervi ana ℔ſſ. laridi ſalſi ℔j. cinam. pulv. ℥i. caryophyl. ℥ſſ. Omnia præparata includantur ventri anſeris præping. qui conſutus, verúq; transfixus, torreſiat, & excipiatur ſtillans pinguedo in vaſe ſubjecto, ubi ſunt pulv. ſubtiliſſ. ſalv. majoran. flor. lavend. ana ℥x. cortic. winteran. ſaſſafr. cubeb. cardamom. ana ℥vi. verm. terteſtr. vin. alb. lot. ℔i. vin. Hiſpan. ℔iſſ. exprimatur pinguedo cum vino, & bulliant ad vini conſumpt. Cape de iſta pingued. ℥xvi. ol. palm. ℥iv. ſperm. cet. rec. axung. human.

ana

ana ℥ii. ol. ſtillat. ſalv. junip. aniſ. ana ℥ii. petrol. ſpic. ana ℥iij. Mſ. f. *Balſamum* ad Iſchiadem potentiſſimum.

Emplaſtra ſpecifica ſunt hujuſmodi.

℞ Gum. carann. tacamahac. ana ℥i. gambog. ℥x. pic. Burgund. ℥ii. Liquentur ſimul, addendo pulv. hermodact. ℥vi. colocynth. ℥iij. aloes, myrrh. labdan. ana ℥ſ℈. pulv. ariſtoloch. abſinth. cumin. aneth. ana ℥iiiſ℈. baccar. laur. ℥v. ſulph. viv. ſubtiliſſ. pulv. ℥iij. ſterc. columb. nitr. ana ℥i. balſam. Peruv. cer. flav. ana q. ſ. Mſ. f. *Emplaſtrum*, quod multùm præſtat ubi adſunt tumores œdematoſi cum arthritide conjuncti. *Emplaſtrum.*

℞ empl. nigr. Duc. ℔i. opii præparat. ℥ſ℈. camph. ℥ſ℈. croc. pulv. ℥ii. ol. ſpic. ℥i. Mſ. f. *Emplaſtrum* anodynum.

℞ emplaſt. diachalcit. ℥iv. nigr. Duc. ℥ii. gum. carannæ ℥iſ℈. Emolliantur oleo roſ. addendo labdan. puriſſ. ℥i. ſtyrac. calamit. benzoin. ana ℥ſ℈. hermodact. ireos Florent. ana ℥vi. pulv. ſubtil. majoran. abſinth. ana ℥iij. mac. ℥ii. Mſ. f. *Emplaſtrum* roborans pro membris debilitatis.

℞ maſſ. emplaſtr. ſparadr. ℥ſ℈. empl. ſandic. gum. ammoniac. ſucc. cicut. ſolut. & inſpiſſat. ℥ii. pic. Burgund. puriſſ. ℥vi. gum. carann. guaiac. ana ℥i. empl. de ranis quadruplicat. mercur. ℥iiſ℈. cinnab. ſubtiliſſ. pulv. calomelan. ana ℥iſ℈. camph. ol. ſpic. petrol. ana ℥ſ℈. Mſ. f. *Emplaſtrum.* Huic addi poteſt oleum ſalis cum ſapon. Venet. inſpiſſat. ℥ii. Tumores arthriticos potenter diſcutit.

℞ emplaſtr. diaſulph. Ruland. cum ol. nu-

cum, lumbric. & axung. human. præparat. ℔i. caſtor. ʒii. cinnab. cum ol. ſtillat. lign. Hercul. aut buxi ſubact. in porphyrit. ʒiv. Mſ. f. *Emplaſtrum.*

℞ emplaſtr. de min. ʒxvi. plumb. alb. cum cerat. ex ol. roſ. & cera alb. compoſit. ſubact. ad conſiſtentiam emplaſtr. ʒviij. amalgam. ex una parte Mercur. duabus Saturn. & una Jovis ſ.a. præparat. & in alcohol. reduct. ʒiv. cinnab. ʒii. croc. metall. ʒi. Mſ. f. *Emplaſtrum* decimo quoq; die renovandum. Convenit in excreſcentiis durioribus.

Emplaſtrum ad Tophos.

℞ rad. ſiccar. hyoſcyam. vel pomor. ſiccor. mandrag. ſigill. beatæ Mariæ ana ʒi. rad. cicut. ʒſs. cinnab. Mercur. dul. capit. cervi ana ʒvj. gum. ammon. ſucco cicut. & mandrag. ſolut. & inſpiſſat. ʒii. camph. ʒii. Terantur terenda in alcohol ſeorſim. Dein ℞ maſſ. emplaſtr. de Vig. quadruplicato Mercur. ʒvi. empl. de mucilagin. ʒii. Emolliantur ad levem calorem cum pauco ol. lil. alb. & quarta parte axung. viperæ, poſtea incorporentur omnia exactè, & f. *Emplaſtrum*, maſſâ priùs per aliquot dies in cella malaxatâ. Loco pulv. rad. hyoſcyam. præſtat ecchyloma è ſuccis præparare, & ad conſiſtentiam reducere, quod fieri poteſt ex aliis quoq; narcoticis, ut quoq; è rad. bryon. cynogloſſ. cortice median. ulm. &c. quæ omnia inſigniter emolliunt. Eſt præſtantiſſimum ad Tophos.

Emplaſtrum de Hermodactylis.

℞ empl. diachalcit. ʒxvi. pic. Burgund. liquat. & per canaput. traject. ʒviij. ſapon. Venet. alb. ʒvi. gum. copal. carann. ana ʒviij. cer.

cer. nov. ℥iv. butyr. aurant. ℥ii. pulv. cumin. hermodact. ana ℥iij. abſinth. flor. chamæmel. ireos Florent. ana ℥i. Mſ. f. *Emplaſtrum.* Si conſiſtentiæ ſit nimis liquidæ, omittatur butyrum aurant. & addantur ceræ ℥vi. Potenter diſſolvit Oedemata. In robuſto ſubjecto & craſſo tutè addi poſſunt ſal. marin. fuſ. nitr. ana ℥x. & ſi excitentur veſicæ, eò meliús.

Emplaſtrum anodynum nigrum.

℞ emplaſtr. Ducis ℔ii. gum. carann. tacamahac. depurat. ana ℥iij. viſc. vulg. ℥viij. caſtor. ℥vi. croc. benzoin. craſſior. camph. ana ℥i. unguent. de ſtramon. vel populn. ſtyrac. liqu. ana ℥iiſ℈. cer. nov. ℥viij. opii optimè depurat. cum aq. vit. ℥ſ℈. pro ſingulis unciis maſſæ, fulig. reſin. uſt. ℥ſ℈. Mſ. f. *Emplaſtrum.* Fulig. uritur in vaſe tecto, relicto foramine in operculo, ut fœtorem deponat. Cera coqui poteſt in decocto hyoſcyam. mandrag. capit. papav. cicut. & vin. rub. generoſ. ad liquoris conſumptionem: gummata ſolvi poſſunt in ſpirit. vin. & ad conſiſtentiam mucilaginis reduci, antequam cæteris adduntur. *Emplaſtr. de ſandyce* ſumi poteſt loco emplaſtr. Ducis.

Emplaſtrum de Sandyce.

℞ ol. è pedibus vervecin. & bubulis, ol. lin. ana ℥xii. plumb. alb. min. ana ℥viij. cer. flav. ℥iv. camph. ℥ſ℈. Mſ. f. *Emplaſtrum.*

Specifica externa varia.

Expertum mirabile Hieronymi Ruſcelli Venetiis 1564. ad Podagram frigidam.

℞ ebulorum frondes & ivæ arthrit. ana, & ſi vis, ad frigidam adde cortices pomorum granat. & fac bullire in aq. communi diu, donec ferè diſſolvantur in mucilaginem; & ex

alia

alia parte habeas teſtudinem terreſtrem, & fac integram ſimiliter bullire in aqua, ut diſſolvantur omnia ipſius: tunc miſce ambas aquas, & fac ſimul parum bullire, & poſtea cola per pannum, exprimendo ſubſtantiam ut tranſeat per ipſum pannum, & eam aquam colatam fac bullire donec ferè tota evaneſcat, ſed non omnino; tum adde ol. roſ. ad quantitatem ipſius liquoris, & fac etiam bullire donec tota aqua evaneſcat; & tunc ſerva oleum ſeu liquorem pretioſiorem balſamo ad podagræ dolorem; & quum opus fuerit, ſi eſt calida, lanâ priùs lacte tepido capræ ſive ovis imbutâ fove, & linteolis exſicca, & tunc unge hoc oleo vel tepido vel frigido, & ſuperaſperge pulverem ſulphuris & cooperi pannis lineis, & videbis mirabilia ad Dei infinitam gloriam. Si autem ſit frigida, non abluenda eſt lacte, ſed ſolo oleo inungenda, & ſimiliter inſpergendum ſulphur.

Anodynum promptum ſit è mica panis albi cum foliis multis becabung. vitellis ovorum duorum, & pauco croco. In Ægypto ſæpiùs fuit probatum.

Experimentum Comitis Straford in Hibernia.

Linatur pennâ intinctâ aquâ Doctoris Stephani pars affecta, & unâ nocte dolores ſedabit. N. B. aquam calefieri non debere.

Aqua deſtillata *ex urina hominis* vinum bibentis in vaſe cupreo cum linteis calidis adhibita, & ſuperpoſito ſacculo oblongo repleto avenâ in ſartagine frixâ tantillo hujus liquoris irroratâ, & ſuperligando linteum calidiſſimum, dolores omnino tollit, ſi hoc modo

conſer-

conſervetur calor per horas octo, & foveatur pars. Expertum ex Gallia tranſmiſſum.

℞ aq. ſpermat. ranar. aut alterius refrigerantis q. v. impone tantillum ſpiritûs acidi vitriol. aut ſulph. ita tamen ut paulò acidior ſit quàm ſi bibenda foret. Impone roſas rub. ſiccas q. ſ. tepeſcat, dein applicentur roſæ madidæ loco dolenti, & renovetur applicatio pro ratione doloris ſingulis vel alternis horis. Cùm verò abierit dolor, & fluxio ceſſaverit, ungatur pars axungiâ humanâ mixtâ cum galbaneto per aliquot ſeptimanas, donec pars ſatìs roboris acquiſiverit.

Experimentum Comitiſſæ de Bedford. ℞ felem album, qui exenteratus, & detractâ cute teratur in mortario ferreo in pultem, indatur ventri anſeris pinguiſſimi cum axungia ſuilla & cera, conſuatur anſer & torreatur, & excipiatur ſtillans pinguedo, quâ linantur juncturarum nervi debiles & minùs ſequaces, diu multúmq; manu calefactâ fricando ad imbibitionem.

Oleum commune miſceatur cum optimo ſpiritu vini, incendatur ſpiritus ad omnimodam conſumptionem; oleo reſtibili partes debiles inungantur diu multúmq; fricando.

Rapi ſub prunis coquantur, exprimatur ſuccus, & partibus dolentibus applicetur.

Sub articulo dolente applicetur veſicatorium amplum, quod diutiſſimè apertum teneatur: juncturis autem cataplaſma è ſapone molli & vitellis ovorum.

Liquor vel oleum quod in veſicis ulmi reperitur, balſami inſtar, in podagra optimum eſt anodynum. Oleum

Oleum maſtichis externè applicatum, membra podagrâ perdita reſtituit, & fluxum impedit.

Oſſa humana redige in pulverem, digere aliquamdiu in ſpiritu vini, pelle per retortam, & liquorem parti affectæ applicato.

℞ arſenic. alb. mercur. præcipitat. ana q. v. & cum aq. fontan. f. Paſta loco affecto applicand. vel potiùs in circumferentia. Cutem exulcerabit abſq; doloris ſenſu, & dolores ſedabit.

℞ camph. ℥i. nitr. ℥ſſ. alb. ovor. n°. ii. aq. vit. q. ſ. Mſ. & applicetur in podagra cum inflammatione.

Aqua Podagrica Rulandi. ℞ aq. terræ ſanctæ ℔i. aq. Martis ℔ii. liquoris Mercur. ℥ſſ. croc. metall. ℥i. Mſ. & ebullitione factâ uſui ſervetur. Aq. terræ ſanctæ eſt aqua Veneris aut extinctionis multiplicis cupri. Aq. Martis fit è multiplici ferri extinctione in aqua, & coctione ad medias. Liquor Mercurii hic eſt: ℞ aq. plantag. ℔i. roſ. rub. ℔ſſ. flor. aurant. ℥iii. mercur. ſublimat. ℥ſſ. Mſ. Coque lento igne per horæ quadrantem, remove ab igne, & refrigeratus liquor ſervetur in vaſe vitreo ad uſum.

Liquor ranárum Maialium per deſcenſum diſtillatus & rectificatus, optimum eſt anodynum in doloribus arthriticis.

Item aqua diſtillata è ſaponis Venet. ℥ii. & camph. ℥i. per retortam.

In Nodis podagricis ſolve Mercurium ſublimatum in radice bryoniæ, exprime liquorem, qui lapillos eruet, & cavitates emplaſtro conſolidandas relinquet. Ano-

Anodynum Judæi fit ex acet. opt. ℔i. ſal. ℥iij. vitriol. ℔i. Sapon. Hiſpan. ℔ß. nitr. ℥i. Coquantur donec materia ſit ſoluta. Quantitas aceti augeri poteſt ad ℔iij.

Aliud fit imbibendo vitriolum ad rubed. calcinatum cum antimon. in aquam reſoluto, & diſtillando per retortam.

Unguentum præſentaneum fit è ſalis marin. torrefact. ℥i. & ol. oliv. ℥iv.

Cura magnetica fit applicando carnem bubulam vino priùs humectat. parti affectæ, & ſæpiùs reiterando applicationem: Extrahit humorem peccantem mirum in modum.

℞ vitriol. ℥iv. aq. font. ℔i. Bulliant unicâ ebullitione, & applica tepidè cum linteis. Aut ℞ ol. vitriol. partes ii. vin. alb. partes iv. & eodem modo uſurpetur.

Expertum Muſletti ad Nodos, & Tophos, & Dolores Perioſtei. In manicam Hippocratis injice limacum integr. m. j. ſuper hos inſperge ſal. com. m. j. ſem. ebul. trit. m. j. ſtratificentur, & dependeat manica in cella vinaria humida, & brevi liquor pinguis extillabit, quem in vaſe plumbeo clauſo optimè Soli exponito per quatuor dies: dein linantur partes affectæ hoc linimento.

Balſamum mitigans primo acceſſu. ℞ maſtich. oliban. myrrh. ammoniac. bdell. opopanac. mummiæ ana ℥ii. tartar. ℥iß. vitriol. ℔i. mell. ℔ii. ſpir. vin. ℔iv. diſtilla per alembicum.

Oleum expreſſum è ſemine hyoſcyam. vel ebuli illico dolorem ſedat.

Lac aluminis. ℞ aq. vit. vulg. ℔i. album.

ovor.

ovor. rec. agitatione in aquam reduct. n°. vi. Mſ. & cum magno aluminis fruſto agitentur, donec liquor inſpiſſatus lactis inſtar albeſcat. Ne calefac nimiùm ante applicationem, aliàs concreſcet albumen: ſed linteum valde calefactum imbibatur liquore, & illico applicetur. Eſt Remedium potentiſſimum ad roborandos articulos debiles.

Tracta-

Tractatus IV.

DE

LUE VENEREA.

Tractatus IV.

DE

LUE VENEREA.

PROLEGOMENA.

De Mercurio, ejúſq; probatiſſimis Præparationibus, cum Purgantibus in forma pilulari exhibendis. Item de Salivatione. De Curationibus deniq; analogicis Mercurii ope præſtandis.

"CUM Mercurius tantâ in Luis venereæ curatione virtute polleat, ut unica pæne ejuſdem antidotus meritò habeatur; antequam Luis curandæ methodum Mayernianam deſcribam, quædam de Mercurio ejúſq; probatiſſimis præparationibus cum purgantibus in forma pilulari exhibendis, nonnulla item de ſalivatione per Mercurialia præmittere, nec inutile nec abſonum ſpero judicabit Lector. Quibus curationes quaſdam analogicas Mercurii ope ſubnectam.

Proprium eſt Mercurio altum petere, & præ ſua volatilitate ad caput ſublimari, niſi vel *Mercurii variæ operationes, ac*

vel longâ coctione mortificetur, vel admistione cathartici validioris, antequam possit elevari, præcipitatus in alvum deturbetur. Ut plurimum solus exhibitus, colliquatis humoribus, ore ulcerato, salivatio ejus usum consequitur: non tamen semper, quippe in aliis alvum movet; in plerisq; urinæ fluxum provocat; aliquando profusissimos movet sudores, pro naturæ dispositione, idq; semper cum salivationis dispendio.

Præparationes. Mercurius exhibetur vel *crudus*, vel *præparatus*, *i. e.* reductus in pulverem aut per sublimationem, aut per præcipitationem; eâ tamen lege ut ita separentur ab ipso spiritus acidi, ut nullum sublit erosionis, alteriúsve malignæ qualitatis periculosum vestigium. Meliùs autem, commodiùs ac tutiùs datur in forma pilulari ob mixtionis facilitatem & perfectionem, separationis difficultatem, assumptionis & citæ exclusionis compendium.

Porro tantarum est virium aëreus iste spiritus, ut suas in momento quasi virtutes exerat, hostem aggrediatur athleticè, eúmq; superet cum valida commotione, imbecilli tamen promotione, quæ ipsi per additionem concilianda est. Quocirca addenda sunt Cathartica, eáq; valida, quæ ardorem istius viverræ ad partem affectam deducant, & quicquid illa moverit, cum ipso turbarum authore quàm citissimè educant & averruncent. Neque enim tuta admodum est Mercurii quantumvis correcti, in corpore diuturna mora.

Omnium optimæ pilulæ ad istam compositionem

tionem ſunt Cochiæ minores, & quæ utcunq; ad illas accedunt (licèt validiores) ſequentes magni in aula Anglica usùs, ſub nomine *Polychreſtæ*. ℞ maſſ. pilular. aggregativ. commun. diagrid. trochiſc. Alhandal ana part. æqual. olei caryophyllor. q. ſ. ad formandam maſſam (vulgò autem quarta pars requiritur) mſ. Doſis à gr. x. xii. xv. ad xx. Ordinaria doſis eſt gr. x. vel xii. Nunquam ſiccatur. Maſſa hæc quodvis extractum æquat; purgat optimè ſine magna moleſtia; in quibuſdam valde impuris & minimè præparatis corporibus vomitum ciet, ſed raró. Ejus portio poteſt aliis pilulis admiſceri aculei inſtar: ut ℞ hujus maſſæ gr. x. aurear. ſine quibus ana gr. xv. mſ.

Notandum autem eam in componendis pilulis Mercurialibus debere eſſe rationem, ut ſingulæ doſes integræ Mercurii *crudi* ℈j. recipiant. Integras doſes poſtulo, quia Mercurius crudus per ſe nihil purgat.

At ſi eum *præparatum* velis, tunc ejus & maſſæ ſumito ana dimidiam doſin, ita ut ex ambobus ea exurgat quantitas quæ purgationi ſufficienti ſit ſatís.

Mercurius crudus ſumatur vel ex cinnabari, per calcis vivæ duplum, ex retorta, igne aperto revivificatus; vel is qui exſtillat in præparatione liquoris gummoſi ex Regulo & ſublimato manantis: quippe vulgaris, à plumbagine cæteríſq; impuritatibns non uſquequaque repurgatus, noxam inferre poſſet.

Mihi notæ, & milleſimâ experientiâ feliciſſimè comprobatæ Mercurii *præparationes*

ſunt *Aquila rubra*, *Pulvis calomelanicus*, *Mercurius Lunaris*, *Præcipitatum album*; & quod meum eſt inventum, *Clyſſus metallorum.*

Aquila rubra. ℞ vitrioli Ungarici vel alterius maximè cærulei ad albedinem ſiccati, vitrioli depurati ana ℔ij. alum. rupis, Mercurii ſublimati revivificat. vel quem ex Mercurio vitæ diſtillaveris ana ℔j. Terantur optimè continuò agitando in mortario ligneo, donec Mercurius non appareat; pone in retortam, & diſtilla vel ad ignem apertum vaſe optimè incruſtato, vel in reverberio clauſo, exactiſſimè clauſis junctûris calce & albumine ovi. Recipiens ſit magnum, & detur ignis per gradus ad ſummum uſque, donec aqua fortis exeat, & fiat ſublimatio, quod continget intra 12. horas. Quicquid collo adhæſerit, flavum, album, rubrum, colligatur, atq; in eodem reverberio coquatur per octiduum, donec acquirat minii rubedinem; ablue ad inſipiditatem, ſicca, diſſolve in aceto ſimplici vel radicato, acetum evapora, ablue aquâ calidâ, primam ablutionem abjicito, quia plurimum ſalis continet. Dulcora pulverem flavum, cujus doſis ſit à gr. xvj. ad xx. Detur cum laxativo.

Pulvis calomelanicus. ℞ *Sublimati magiſtralis* (proximè deſcribendi) ℥viij. *Mercurii Philoſophici* (proximè item deſcribendi) ℥vj. ℥ij. Miſceantur ſimul in mortar. marmor. diutiſſimè agitando donec perfecta ſucceſſerit incorporatio irrorando pauculo vini ſpiritu. F. ſublimatio ad tres tantùm vices (ſeparando farinam à cryſtallis.) Tandem f. lævigatio in marmore cum aqua cinamomi, & pulvis ex cryſtallis, viz. ſolis. Doſis à ℈j. ad ℥ſs.

Pare-

Paretur *ſublimatum magiſtrale* ex Merc. Philoſophico, vel ex Mercurio revivificato ex cinnab. communi, vel ſi habeatur Antimonij, ad cujus ℔j. ſumantur vitrioli Anglici cærulei à phlegmate liberati ℔ij. ſal. marin. decrepitat. ℔j. F. ſublimatio. Cryſtallizabitur ſi cum ſalis decrepitat. ana iteretur ſublimatio.

Mercurius Philoſophicus. F. regulus ex ℔j. antimon. cum ℥iiij. clavorum equinorum. ℞ hujus reguli ſtellati ℔j. Mercur. ſublimati ex profeſſo (ſecundùm formulam præcedentem) parati partes duas, pelle per retortam in reverb. clauſo, poſt putrefactionem in fimo vel balneo per quatriduum. Collige oleum, & Mercurium currentem ſeorſim, qui vocetur *Mercurius Philoſophicus.*

℞ lunæ foliatæ ℥j. mercurij ſublimati vulgaris ℥iij. mſ. in porphyrite, additâ paucâ aquâ vitæ, ita ut f. paſta, quæ ſiccata pulverizetur. F. ſublimatio. Luna in fundo remanebit inſtar ſulphuris aut ceræ liquatæ: Aſcendet Mercurius, cujus ſuprema portio inſtar farinæ volatilis admodum acris eſt, media ſubſtantia cryſtallina. Teratur totum cum fæcibus (vellem tamen farinam ſeparare) & reiteretur ſublimatio ad tertiam uſq; vicem. Quod pulverulentum fuerit, ſeparetur; quod cryſtallinum, teratur in alkool. Doſis ad gr. vj. Per ſe purgat, melius tamen ſi cum pauco cathartico. *Mercurius lunaris.*

Experire cum duplo tantùm ſublimati ad quantitatem Lunæ; ita enim ſpiritus acidi ac ſylveſtres per majorem quantitatem Lunæ diffu-

fusi, dulciorem & magis innoxium relinquent Mercurium.

Experire item an secundâ vice additâ novâ Lunâ feliciùs succesſura sit operatio.

Præcipitatum album. ℞ vitrioli ad flavedinem in cacabo cocti partes duas, nitri à phlegmate liberati partem unam, cum triplo terræ figuli, sive argillæ, f. ſpecierum pulverizatarum mixtura, formentur globuli qui ficci pellantur per retortam igne aperto, & f. aqua fortis, de qua cap. partes duas, Mercur. philoſophici prædicti, vel ejus defectu ex cinnab. per calcem vivam revivificati partem unam. F. diſſolutio in cineribus tepidulis. Paretur ſeorſim muria, quæ tantum contineat ſalis albiſſimi quantum aqua limpidiſſima poterit diſſolvere: in hanc projiciatur diſſolutio, præcipitabitur pulvis niveus multiplici ablutione ad ſummum dulcorandus. Vel f. præcipitatio cum oleo tartari ex ſalis diſſolutione in crypta ſubterranea parato, deinde dulcoratio ut ſuprá. Doſis à gr. viij. ad xij.

Clyſſus metallorum. Compoſitio *Clyſſi* talis eſt. ℞ Mercurij ſublimati magiſtralis ℥viij. Mercurij Philoſophici currentis ℥vi. ℈ij. Miſceantur in porphyrite aut mortario vitreo, irrorando pauco vini ſpiritu; f. paſta, quæ ſicca pulverizetur, & in matratijs vitreis ad tertiam quartámve vicem ſublimetur. Sublimatum cryſtallinum à volatili farina ſeparatum, teratur inſtar colorum in porphyrite, & ſubigatur cum optima aqua cinamomi, vel cum Roſarum vel Lavendulæ ſpiritu. F. trochiſci vaſe vitreo apprimè clauſo aſſervandi. Doſis à ℈j. ad ℥ſs.

℞ ſub-

℞ ſublimati vulgaris ℥viij. Mercurij vivi ad ſolarem accedentis ℥vj. ℥ij. mſ. & fac ut ſuprá. *Facilis.*

His præmiſſis tales ſint *pilularum Mercurialium* compoſitiones.

℞ *Mercurii vivi* prædicti ℥vj. ℈ij. maſſæ pilular. cochiar. minor. ℥xiij. ℈j. terebinth. Venet. ℈v. fol. auri no xl. mſ. f. maſſa pro xx. doſibus. Talibus ſæpiſſimè feliciſſimo cum ſucceſſu uſus ſum in lue venerea. *Pilularum Mercurialium formulæ.*

℞ *aquilæ rubræ* gr. xij. pil. cochiar. minor. ℥ß. vel ℈ij. pro ratione corporis: vel pilular. polychreſt. (ſuprà præſcript.) ℈ß. olei roriſmarini & aniſi ana gut. ij. mſ. f. doſis.

℞ *calomel. ſublimati dulcis* ℈j. pil. cochiar. minor. ℈j. vel polychreſt gr. xij. vel extract. colocynthid. ℈ß. (quæ compoſitio ſucceſſit mihi feliciſſimè) olei aniſi gut. iiij. mſ. f. doſis.

Eadem erit doſis Mercurij univerſalis ſive *clyſſi metallorum*, qui nulli ſecundus eſt in radicitus tollendis maximis morbis, addito ſaltem idoneo juxta diverſas partes vehiculo.

℞ *Mercurij lunaris* gr. vj cochiar. min. ℈ß. vel extract. colocynth. gr. iiij. vel polychreſt. gr. x, vel pro delicatis aloes crud. aut cum ſuccis præparat. ℈j. olei aniſi gutt. iiij. mſ. f. doſis.

℞ præcipitati albi gr. x. coch. min. ℈j. vel polychreſt. ℈ß. ol. aniſ. gutt. iiij. mſ. f. doſ.

Harum omnium mixtionum vel compoſitionum tutum & felicem uſum me multiplex docuit experientia. Hoc unum addendum eſt, pueris, iiſq; qui phlegmate multo plenum

habent ventriculum, Mercurium per ſe exhiberi poſſe reductum ad pilularem formam cum ſyrupo aliquo vel conſerva. Sufficiet vel paucas doſes parare, vel etiam unicam pro re nata, quippe hîc non eſt opus fermentatione.

Notandum autem pilulas iſtas, (quæ ſeorſim omnes, & ſingulæ parandæ ſunt) admodum dureſcere, quod non refert, quippe poſtmodum facilè in ventriculo diſſolvuntur, vel etiam non diſſolvuntur, nihilominus optimè operantur.

Mercurius optimus eligendus.

Corollarij loco id imprimis obſervandum eſt, præſtantiam & certitudinem effectûs pendere à bonitate Mercurij, quem ſi non habeas Hiſpanicum, qui argenteum cochlear colore aureo tingat; vel eum ex minerali aut factitia cinnabari educito; vel per aurum, argentum, ferrum ope antimonij hunc latronem, virtutum latorem, hanc apiculam agito, & tandem ſpiritibus vitrioli ex Venere & Marte extracti hunc Proteum ad ſaturitatem imprægnato. Ita nunquam fallax habiturus remedium. Vulgari Mercurio, qui apud Seplaſiarios proſtat, nè fidito, ſi famam ſartam tectam velis. Ut magis ſit cryſtallinus, ad ℔j. Mercurij ſublimati addunt ʒiij. vel iiij. Arſenic. alb. ſublimati.

NB. Si pilulæ, quæ ad purgandum per alvum exhibentur, moveant ptyaliſmum, nolito temerè prohibere ejus operationem; aliàs metus eſt nè attractus humor impingatur oſſibus, & ea carioſa reddat, ut contigit in D. *Hay* & *Beſs Broughton* meretrice; quorum ille bis cum plurium dentium jactura, hæc ſemel magna

magna oſſis maxillæ inferioris fruſta amiſerunt; attamen convaluerunt.

Pilulæ Mercuriales ut planè non, vel ſaltem minùs moveant ptyaliſmum.

- Mercurius corrigitur ad
  - Externa
    - ſale communi.
    - vitriolo.
    - tartari oleo per deliq.
  - Interna
    - Sole.
    - Luna.
    - Sulphure, quod ſulbimatum fiſtit.
- Exhibetur vel
  - crudus.
  - calomel.
  - manna Mercurii præcipitat. cum muria.
  - Mercurius Michellj.
  - Mercurius Lunaris, &c.
  - Aqulia rubra.
  - Purgantibus
    - trochiſcis vel extract. Alhandal.
    - extract. hellebor. nigr.
    - reſina ſcammonij.
    - rhabarb. aloe.
    - jalap. turbith.
- Miſcetur cum
  - Roborantibus & veneno reſiſtentibus
    - gumm. guaiaci.
    - rad. contrayerva.
    - viperin. Virginiana.
    - Angelic. rad. ſem.
    - Valerian. vincetoxic.
    - ſpec. diambr. flor. benzoaromat. roſat. (in.
  - Corrigentib.
    - Sole.
    - Luna.
    - flor. ſulph.
  - Excipientibus
    - balſam. Peruv. nigr.
    - terebinth. Venet.
    - mellag. juniperin.
  - Oleis
    - ſalviæ.
    - juniperi.
    - balſam. alb. Capiv.
    - mellag. ſucc. glycyrr.
    - ſuccin. rectif.
    - roriſmar.

Pilulæ

Pilulæ Mercuriales cathartica correctæ, 1633.

℞ aloes ℥j. turbith, jalap. rhabarb. ana ʒij. trochiſc. Alhandal. extr. helleb. nigr. rad. reſin. ſcammon. ana ℥ſs. ſucc. glycyrrhiz. gum. guaiac. ana ʒiij. rad. contrayerv. viperin. Virgin. vincetoxic. ſem. angelic. ana ʒj. ſpec. aromat. roſ. ℈iiij. diambr. ℈ij. florum ſulph. ʒvj. fol. auri, argenti ana ʒj. Mercur. calomel. ad pondus omnium, mann. Mercurij ℥ ad reliqua.

Vide præparationem *mam. Merc.* in calce Vol. I.

Hactenus de *Mercurialibus purgantibus*: Addamus quædam de *Salivatione*.

Salivationis modi varii.

Modi omnes ſequentes *ſalivationis* provocandæ boni ſunt, modò adſint prudentia & patientia. (Feſtina lenté.)

1. Per *pilulas* aut *bolum* Mercurial. ſive ex eo crudo, ſive præparato in calomel. (dummodo magna ſit doſis, & diebus conſequentibus bis terve ad ʒſs. vel ℈ij. exhibeatur ſine cathartico) in aquil. rubr., in præcipitat. rubr. alb. flav. præſertim quod turbith vocant, &c.

2. Per *frictionem* cum unguento ex axungia ſuilla recenti cum nervalibus præparata & Mercurio ex cinnab. revivificato, ita ut ſint axungiæ ℥xvj. Mercurij cum ℥ſs. terebinth. Venet. extincti ℥v. agit. in mortar. marmor.

V. g. ℞ axung. ſuill. recent. ℔ij. fol. majoran. ſalviæ, puleg. thymi, origani ana m.jſs. ſummit.

ſummit. ebuli m.ij. flor. ſtœchad. utriuſq; ſummit. anth. chamæmel. ana p.iij. caryophyl. mac. ana ℥ſs. vin. Hiſpan. pint. ij. Bulliant ſimul ad vini conſumption. mox fiat per canapatium fortis axungiæ expreſſio, de qua cap. ℔j. ol. laurini, ſtyrac. liquid. ana ℥ij. ol. nuc. moſchat. expreſſ. balſami Peruv. ana ℥j. Mercurij ex cinnabari per calcem vivam extortâ revivificati ℥vij. mſ. ut artis eſt, & f. unguentum, quo utatur æger primo die ſemel tantùm, ſudando poſt frictionem; ſecundo die ſemel etiam (præcipuè ſi ſit debilior) tertio bis, & ſic deinceps donec ſalivatio proceſſerit.

N.B. Extinctio Mercurij, eſt ejus per minima commixtio, ita ut oculorum aciem effugiat.

3. Per *emplaſtra* in eadem proportione, id obſervando, ut pro naturis calidioribus temperata emplaſtra, ut diachalcit. de minio, &c. in frigidis calidiora, ut de Vigone, de ranis ſumantur.

4. Per *ſuffumigia* ex Mercurio crudo aut mixto cum bolo & argilla, aut amalgamato cum Saturno, vel ex eo præcipitato per muriam, aut reducto in pulverem nigrum cum Saturno, aut cum ſulphure, vel præparato in cinnabarim. Miſceatur cum carbone, tum ut faciliùs conflagret, tum ne tam facilè dignoſcatur.

Per ſuffumigium item (& proceſſum) *Boudeti* plures ſanatos perfectè vidi, initis plurimis diætis, ipſáq; hydrargyroſi ſæpiùs repetitâ inutiliter. Mittatur ſanguis ante omnia; deinde

deinde ſequenti die ungantur ſpina, frons, ſtomachus, omnéſq; articuli petroleo; ponatur ſub canopæum optimè clauſum (immiſſo etiam capite) in quo ſedeat ſuper ſellam perforatam ſuppoſito igne; cúmq; incaluerit æger, imponatur prunis drachma una cinnabaris, excipiatúrq; fumus. Cùm multùm ſudaverit æger, ponatur in lecto calido, & reiteretur hic proceſſus bis in die ad ſex vices uſq;, ſive ad tres dies, ſi id ferre poſſit æger, ſemper ungendo prædicto oleo ante ingreſſum canopæi. Si quintâ vice ſalivatio prorumpat, ſufficiet. Quodſi ſextâ vice nulla ejus ſigna appareant, immittatur adhuc bis, & ante ingreſſum ungatur ſequenti litu. ℞ olei laurin. ℥j. hydrargyr. ℥ij. ex cinnab. revivificat. axung. ſuillæ ℥iiij. mſ. Licèt id rarò contingat, quia ſextâ vice utplurimum alvi vel oris fluxus advenit. Ab initio ipſo curationis ad finem uſq; bibat generoſiſſ. vinum merum, prætereáq; nihil. Nutriatur offis præcalidis. Gargariſma paretur ex herb. Robert. ſambuc. ana q. ſ. cum pauco aceto & melle: hæc bulliant in aq. comm. colluatur ſæpiùs os. Mittatur ſang. ante & poſt curationem, neq; exhibeatur medicamentum purgans. Niſi fluat alvus, injiciantur ſæpiùs clyſteres.

5. Per *ſoleas* ex Mercurio crudo paſtâ aliquâ excepto, quæ debitè in ſoleam formata, in ſoccis inter linteum duplex ſupponatur plantis, & pedes teneantur ſuper latere admodum calido. Oportet autem Mercurium eſſe valde volatilem, qualis eſt crudus vel cum bolo mixtus, vel amalgamatus cum Jove vel Saturno,

Saturno. Per tales ſoleas in Hiſpania Magnates curari ſolitos aſſeruit mihi *Berald* Operator Chirurgus.

6. Per *oleum Mercuriale* carpis affrictum ad luculentum ignem, vidi ingentem ſalivationem, quæ deinceps ſiſti vix potuit, dentes excuſſit, & buccas ac labia maxillis miſerrimè agglutinavit, Lutetiæ.

7. *Mercurius dulcis colomelas diſſolvatur in aqua fervente.* Iſta diſſolutio calens effundatur in ſitulam, vel catinum, quod vas ſit in cupa vel dolio ſive ſtupha calefact. in quibus ſedeat æger, & bene tectus ſudet, pedibus ſolutioni Mercuriali immerſis. Id repetatur quoties opus fuerit.

N.B. Ptyaliſmum ſi copioſum & prolixum habere cupis, neq; valde purgandus eſt æger, nec vel ſæpiùs, vel intenſiùs provocandus ſudor. V. g. ſufficiet ægrum bis purgare calomel. ſanguinem mittere, balneum tepidulum adminiſtrare quater, bis in die; decoctum ſudorificum dare quater, aut ſi corpus ſit valde cacochymum, pituitoſum & plethoricum, ſexies; deinde movere ſalivationem, quæ ſemel orta, nè ſiſtatur. Eâ abſolutâ purga, & ſi opus ſit, ſudores per plures dies moveto. Ità poſt extinctum (per Mercurium) venenum, humorum ſarcinam tutiùs educes catharticis & hydroticis, quàm in corpus jam exſuccum, vel ſaltem valde vacuatum, Mercurium vano aut ſaltem infelici labore adiges ſeu fumo, ſeu unctione. *Notæ de ſalivatione.*

Tempore ſalivationis non dandum eſt decoctum potens ſudorificum: minùs enim no-

cet

cet ſalivationi ſolutam & mollem habere alvum toto tempore benignis catharticis decocto additis, quàm continuò ſudare, ſic enim inſpiſſatur humor & lenteſcit.

NB. Si vel non procedat poſt unctiones aut ſuffumigia, vel ſemel cœptus ſiſtatur, aut ſegniùs fluat ptyaliſmus, duobus tribúſve diebus conſequentibus dentur ℥ſ. aut ℈ij. calomel. ex conſerva roſarum.

Notandum, in plurimis difficulter, immo quicquid tentaveris, nullo modo provocari poſſe ptyaliſmum, ſed Naturam agere pro motu humorum & diſpoſitione viarum. Sic in domina *Cornwallis* 1633. ſex frictionibus & geſtatione emplaſtri nunquam potui provocare oris fluxum: attamen ipſa curata fuit ſudore continuo per Mercurii operationem aliquot ſeptimanarum decurſu erumpente, & largiſſimo plurium dierum urinæ fluxu.

Tempus ſalivationis legitimæ & ſatis copioſæ non debet dierum numero circumſcribi, ſed relinquendum Naturæ negotium; neq; unquam vel diverſione per purgationem, vel ulcerum oris curatione per aſtringentia remedia debet ſiſti fluor, donec per ſe ceſſet: Tunc purgandum.

Lenta ſalivatio, vel quæ præcocem ceſſationem minatur, tutò & certò promovebitur torque, armillis, capitio ſive cucullo & ſoccis Mercurialibus, vel etiam ſuffitu aliquo ſub canopæo, vel in cupa excipiendo quoties opus fuerit.

NB. Salivationem impedire dum per plures dies Mercurium exhibes, ſi tibi eſt animus, quotidie

quotidie ijſdem diebus quibus das Mercurium, etiam dato horâ ſomni flores ſulph. ex aliqua conſerva. (Sulphur enim ligat & ſiſtit Mercurium, ut videre eſt in cinnab.) Item ſi Mercurio calomel. inſtilles guttas aliquot olei ſulphuris per campanam extracti, nunquam movet ſalivationem. Vel ſi ptyaliſmum immoderatum frænare velis, uno die exhibere licet ʒij. florum ſulphuris in tribus doſibus.

Diæta & regimen in ſalivatione, & accidentium cura.

Quamdiu *ptyaliſmum* paſſurus comedere poterit, bene cibetur; ſi carnes recuſet, dentur ſorbilia, juſcula, panatell. hordeat. amygdalat. cum aq. decoct. hord. & ſarſ. chin. Ore ulcerato, lac cum ſaccharo & ovis. Abſtineat à potu vini & cereviſ. præſertim frigidorum. Fugiat uſum tabaci, qui cerebrum gravat, os inflammat, ejúſq; ulcera nimis citò exſiccat. Poros cutis ſtragulis & temperie conclavis perpetuò apertos ſervet, & ſit in continuo madore. Accidentia mitigentur & tollantur ſi ſuccedant, Dyſenteria enematibus propriis, ſuffocationis periculum ob faucium tumorem & inflammationem phlebotomiâ, &c. Os tantùm lacte, quamdiu ſaliva fluet, colluatur; poſtea idoneo tempore detergentibus, & tandem ſiccantibus. Sed hîc os valde ulceratum habere eſt operæ pretium. Ita ſinatur oris fluxus, donec per ſe pænè ceſſet, immo planè. Bene ſi nutriatur æger durante ptyaliſmo, non concident vires, atq; ad ea quæ deinceps erunt facienda, ſufficient.

Poſt ſalivationem faciendæ.

Ore ſiccato ad reliquias tollendas, puſtularum veſtigia delenda, tophos ſiqui reſtent prorſus diſſipandos, & hydrargyrum penitus eliminan-

eliminandum, primò bis ad minus purgetur corpus non Mercurio, calomel. alióve, ſed vegetabilibus catharticis, ut ventriculus everratur à congeſta per ſalivationis decurſum blennâ, & venæ aperiantur ad ſudorifica admittenda. Deinde per 8. 10. 15. 20. dies decocto primario valido provocetur ſudor, ſemel quotidie, licèt bis exhibeatur decoctum. In ſumma, ſtricta diæta, quæ hydrargyroſei præponi ſolebat, ei poſtponatur, plus minúſve pro ratione gradûs & durationis morbi & pro viribus ægri, quæ tum bonis alimentis erunt ſuſtentandæ; & pro potu danda cereviſia aliqua alterata ſarſâ, chinâ, bardanâ, filice, guaiaco, immo vinum aliquod antiſiphylicum, vel alterans ſaltem, vel etiam purgans, in corporibus valde humidis & diſpoſitionibus quæ ſæpiùs paſſæ ſunt recidivam. Poſt ſudores ſuccedat purgatio, & corporis per balneum ablutio: Tandem hepatis, cordis, cerebri per electuarium appropriatum corroboratio, quod alexipharmacorum partem aliquam recipiat.

Pilulæ. *Pilulæ* ſequentes poſt ſiphylidis curationem partes confirmant, & Mercurij reliquias extinguunt. ℞ gumm. guaiac. ℥j. cortic. ejuſdem, farinæ ſarſæparill. ana ℥ſſ. C. C. ad albed. calcin. cranij humani itidem uſti cum vitrioli oleo, & ſyr. flor. pœon. ſubactor. in bezahar animale ana ℥iij. ſuccini albi præp. flor. ſulph. non fœtid. ana ℥ijſſ. fol. auri & argenti ana nº 100. vel (quod melius eſt) utriuſq; moli i ana ℥ſſ. F. omnium alkool, ex quo ci m q. ſ. ſyrupi kermes & vetonic. rubr. f. maſſa

massa pilular. de qua capiat per 30. dies ℥j. mane, & tantundem in ingressu lecti longè à cœna levi. Tertio autem quoq; die mane loco pilular. alterantium cap. purgantes sequentes. ℞ massæ præscriptæ ℥x. trochisc. Alkandal gr. xlviij. spec. hier. picr. gr. xcvj. sive ℈iiij. Omnia excipiantur pauco succo aurantiorum vel limonum, & f. massa pilularum. Dosis esto ℥j. Exhib. circa hor. 8. matutin. superhausto vel posseto vel tenui jusculo, dilato ad 3. hor. prandio. Eodem die cap. nihilominus pilulas alterantes in ingressu lecti.

NB. Sicca corpora mane sudent, post meridiem verò balneum ex aqua & lacte, vel jure omasorum ingrediantur.

Pilular. Mercurial. virtutes in variis morbis curandis.

Præter luem Veneream, ejúsq; vel symptomata vel consequentes morbos, ad alios etiam affectus varios possunt concinnari *pilulæ Mercuriales*, quippe Mercurius pro vehiculo annexo varios, etiam contrarios potest producere effectus, quippe penitissima corporis subiens instar viverræ jugulum morborum petit, & fermentum eorum adoritur medullitus. Sequuntur Paradeigmata.

Ad vermes. ℞ Mercurii in succo absinthii, tanaceti, santonici, abrotani & similium extincti ℥j. pulv. subtilissˢ. aloes, corallinæ, gumm. guaiac. ana ℥ij. Cum balsamo Peruviano f. massa.

Nota, balsamum Peruvianum hisce amaris addi, quia in mixtione ipsorum amaritudinem obliterat.

In hydrope. *Alterans* præparetur ex gumm. guaiac. extracto ſolid. radicum vincetoxici, margarita minerali, ſalibus abſinthij, tartari, ſtamin. & ſiliq. fabarum, Mercurio crudo extincto; In extracto mellagineo abſinthij, chelidon. maj. eupator. Meſue excipiantur, vel balſamo Peruviano, f. maſſa. *Purgans* fiat ex elater. gumm. gutta, extract. colocynth. helleb. nigr. cum ſalibus abſinth. tart. & ol. aniſi & ſaſſafr. Add. Mercur. calomelas, vel præcipitat. alb. ſive manna Mercur.

In ulcere veſicæ, f. pilularum maſſa ex aloes ʒjſs. gumm. guaiaci, Merc. crudi ana ʒj. ocul. 69 præp. marg. mineral. ana ʒſs. cum balſamo Peruviano: Lac ſuperbibatur.

In Arthritide. ℞ aloes ʒj. extracti ſolid. chamæpit. ʒjſs. gumm. guaiac. ʒvj. ſuccin. præp. oſſ. human. ad ſummam albed. calcinat. ana ʒſs. Mercurij ʒij. Excipiantur terebinth. Venet. f. maſſa quotidie ſumend. ad ʒj. vel ʒij. mane ſuperhauſto hydromelitis momento per dies 40. vere & autumno.

Ad ſcrofulas, cancros, ulcera maligna, fiſtulas, &c. iſtiuſmodi pilulæ utiliter concinnari poſſunt.

Mercurius item *crudus ſolus* tutò internè exhibetur, variorum morborum efficaciſſimum remedium, v. g. paſſionis Iliacæ, doloris colici, vermium, imo paſſionis hyſtericæ; ut hiſtoria ſeq. teſtatur.

Hyſterica ſymptomata ſæviſſima & fermentationes quæ in momento ventrem diſtendebant in molem ingentem, & magnas invehebant convulſiones, ità ut debilis virgo à tri-

bus

bus robuſtis viris retineri non poſſet, imò ipſos à ſe repelleret violentiſſimè; his omnibus ſuccedens per aliquot ſeptimanas loquelæ omnimoda privatio: Hæc, inquam, omnia, irritis omnibus aliis remediis, quaſi incantamento ſedata fuerunt, & uno die, imò quaſi in momento extincta, data ʒſſ. Mercurij crudi à Doctore *Wright*, qui mihi ipſe hiſtoriam retulit, die 29 Julij 1634. Ipſe (quod notatu dignum) hyſtericis pluribus utiliter exhibui Æthiopem mineralem; inter alias dominæ *Fant* mirè cruciatæ, cui nihil æquè profuit etq; Æthiops dictus, à quo ſedatis convulſionibus horrendis ægra iteratò convaluit.

Curationes analogicæ per Ptyaliſmum.

Omnium verò efficaciſſima *morbos plurimos* Mercurij ope curandi methodus videtur *ſalivatio*; dummodo præmittatur diligens corporis & humorum præparatio ut fluant faciliùs, & Mercurius bene præparatus (ut cinnabarinus, vel qui cum oleo Antimonij aſcendit) accipiatur. V. g.

Scrofulæ, & quæcunq; mala ſunt iſtius cenſus, qualia ſunt apoſtemata fiſtuloſa digitorum, &c. ſiquam recipiant curationem, certò tollentur uſu Mercurij, quo purgentur corpora iteratis vicibus: Dentur decocta incidentia, attenuantia, emollientia: Topica etiam talia applicentur: Provocetur ſalivatio; & poſt eam diu protractam diæta ſudorifera, alterans, purgans, pro re nata.

Emphyſemata genuum pertinaciſſima aliquoties vomitu provocato, & moto ptyaliſmo curavi.

Ulcus renum & *veſicæ* cum horrendo inter meiendum dolore, & viſcidiſſimi phlegmatis ſalſi copiosâ rejectione curatum fuit per integrum annum in vetula ferè nonagenaria *My Lady Fancho* à D. Deodato. Vide Prax. Mayern. Vol. I. pag. 378.

Bronchocele, ſi pulvere ſpongiæ uſtæ, Saturn. &c. minuitur, imò recens tollitur, inveterata admittet utiliter Mercurium, poſt valde emollitum tumorem etiam Mercurialibus, quæ etiam durante ſputo ſupra tumorem tenenda ſunt.

Cancer Mammarum motâ ſalivatione per applicationem emplaſtri Mercurialis in ancilla mea, licèt horribilis, apertus, fœtens, perfectè curatus fuit.

In *uteri cancro*, præter vim Mercurij omnium ulcerum curatricem & duritiei omnis diſſolutricem, potentiſſima eſt quæ per ſalivationem fit revulſio.

Vidi *procidentiam oculi* cum ſcrofuloſis glandulis pone aurem & ad temporalem muſculum ulceratis, irritis omnibus remediis curatum ſalivatione in domina *Monçon*, ex meo conſilio.

Hydropica fœmina *My Lady Jones*, motâ per ſe vi naturæ ſalivatione, ſine ulla oris ulceratione, in qua quotidie ultra très quartas ſputi liquidiſſimi effundebat, bis convaluit. Tandem ex uteri cancro ulcerato occubuit.

Mercurium hydropicis valde ſalutarem ſi exhibeatur per os, quotidiana teſtatur experientia; quidni vel toties dabitur, donec ſputum prodeat diu fovendum iteratâ exhibitione,

ne, vel fumo Mercurij valde ſiccante provocabitur ptyaliſmus?

Infectiones omnes cutaneæ pertinaces, præmiſſis iis quæ humori peccanti & naturæ ægri debentur, Mercurio curantur.

NB. *Melancholicus hypochondriacus* ſe lue Venereâ laborare credens, falsò tamen, contra Medicorum conſilium ſepties ſalivavit aliquot annis conſequentibus, nec quidquam mali paſſus eſt à Mercurio. Eum tandem curato animo, iis quæ affectui melancholico debentur, purgationibus, balneis tepidulis, chalybe, aquis mineralibus potis, integrè reſtitui σὺν θεῷ.

Ulcera totius corporis quantumvis maligna Mercurio vel corrigi, vel etiam penitus curari poſſunt, tum aſſumpto, tum admoto per ſuffumigia particularia; quæ ſi non proſint, ad univerſalem ſuffitum deveniendum uſq; ad oris fluxum.

Epilepſia ſympathica ſuperato & diſcuſſo, ubicunq; ſit, fomite, eúmq; continente humore per os revulſo; Idiopathica itidem extinctâ virulentiâ, & malo ſucco per os evacuato; Num dato aut applicato Mercurio per ſalivationem curabilis?

Suffocatio hyſterica præſertim à corruptione ſeminis, & ab iſta parte provenientia ſymptomata horrenda, quæ δαιμόνιόν τι præ ſe ferunt, num ſub iſtam cadent ſpeculationem?

Paralyſin licèt Mercurius malè adminiſtratus, vel errore commiſſo in corporis præparatione, aut in medicamenti applicatione ſæpiſſimè invehat: attamen in corpore robuſto,

præhumido, ſæpiſſimè purgato, imò etiam ſudoribus exſiccato, poſt renutritionem & virium inſtaurationem, ad evacuandum cerebrum, & expediendos obſtructione nervos (quando eorum ſuperflua humiditas reſolutionis cauſa eſt) tutò poteſt cum Mercurio optimo, puriſſimo, bene correcto, & cum idoneis vehiculis ac correctivis juncto, aliquot diebus conſequentibus in magna doſi exhibito ſine ullo cathartico, provocari ſputum; quo tranſacto iteranda purgatio, ſudor, thermiæ adeundæ, & in iis excipiendum ſtillicidium.

Arthritis Venerea certò curatur Mercurio dato. Quid de eo admoto per fumum, aut aliter provocatâ per turbith aut calomel. ſalivatione? Num magna pars fermenti tartarum perpetuò generantis exſpuetur, aut per urinas exibit? Num nodi podagrici nondum confirmati diſſolventur? Num præter materialem cauſam etiam efficiens aliquam ſortietur correctionem? Effectus qui Mercurij uſum conſequi ſolent, non ab ejus malignitate (de malis loquor) ſed humorum ab ipſo liquefactorum & cum impetu irruentium in varias partes producuntur. Ergo in aliis præter luem Veneream morbis quantitatem minuito, humores mitiores reddito; & ſuper omnia ſuſpenſâ manu Mercurium regito.

Arthritis à Rheumatiſmo, quæ licèt longioribus recurrit intervallis, recurrit tamen, hâc methodo perfectè poteſt non præcaveri modò, ſed etiam curari.

Lepra vera, dummodo non devenerit ad omnimodam partium corruptionem, ſi non curari,

curari, attamen hâc methodo demulceri, & (ut aiunt) palliari poteſt. Purgato ſtrenuè ſæpiſſimè & cum & ſine Mercurio, ſemper & cum omnibus refrigerando & humectando. Alterantia uſq; & uſq; exhibeto. Diu balneum inſtruito tepidulum, longum. Unctione ſalivationem moveto; in unguento autem ſit axungia viperarum, &c. Abſolutâ ſputatione, ad viperina venito, quocunq; modo data, in pulvere, electuario, vino. Pullos viperis & colubris nutritos pro alimento dato. Aquam ex iiſdem & ſanguine diſtillatam: Antimonialia ſanguinem depurantia diutiſſimè præbeto. Specifica, veronicam, fumariam, ophiogloſſ. in omnibus dato. Temperatam victûs legem præſcribito. Pro neceſſitate quotannis, vel longioribus intervallis ſputum iterum atq; iterum provocato.

CAP. I.

Luis Venereæ (recens) conceptæ *Signa & Symptomata.*

Luis Venereæ conceptæ *ſigna* & *ſymptomata* ordinaria, (non tamen neceſſaria) ſunt tria præcipuè, *gonorrhœa* ſeu potiùs πύῤῥοια virulenta, *caries pudendi* & *bubo* utplurimum inguina occupans, aliquando tamen (licèt rarò) erumpens ſub axillis, quem ſemel tantùm me vidiſſe memini.

Caries pudenda virilia & muliebria æquè corrodit. In viris vel glandem vel coronam & præputij partem internam, vel frænum, vel urethram ipſam circa penis extremitatem, vel præputium, vel ipſam colis cutem, nonnunquam & pubem & ſcrotum obſidet, prout diſtillans ab inguine fœmineo virus vel abundantiùs effunditur, & ab æſtuantibus in coitu partibus hauritur, vel majoris eſt activitatis.

Aliquando (immo ſæpe) caries præſertim interni præputij φίμωσιν facit, in qua præputium tumet maximè, & veluti flatu aut ichore diſtentum diaphanum apparet, quam *cryſtallinam* vulgus vocitat, quod eſt ſummæ malignitatis indicium.

In iſta φιμώσει augetur caries, & materia corrodens difficillimè deterſa, hærens inter glandem & præputium tumore coarctatur, inflammationem facit, fovet, auget, unde præ humorum

humorum affluxu tumor ingens, ſæpiſſimè gangræna, vel ad minus callus ſeu durities, cujus ſi vel minimum poſt quævis & quantumvis efficacia medicamenta reſtet, recidivæ futuræ luis eſt certiſſimum teſtimonium.

Utplurimum in rebellibus iſtis ulceribus, ſeu carie pertinaci per totam colis longitudinem tactu percipitur tenſa cum duritie vena pudenda, chordæ ſive fidis inſtar, nonnunquam cum pluribus nodis ſeu tuberculis, quæ ſummam malitiam arguunt & inevitabile luis periculum, niſi ortus in inguine bubo criticè morbum ſolvat.

Παραφίμωσις etiam ſæpiſſimè cernitur in iis qui ſtrictum habent præputium, & qui magno cum conatu locos muliebres ingreſſi ſunt: aliquando huic conjuncta eſt caries, ſed ſæpe dolor & conſtrictio glandis attractis humoribus cutem inflant, unde durities quæ vel oculatis & expertis imponit, quaſi callus eſſet venereus, qui tamen non eſt, cùm ſimplex iſta παραφίμωσις malignitate carens, vel ſectione circuli præputij anguſtioris, vel balneatione colis in aqua tepida ſatis diuturna facilè poſſit curari.

Contingit aliquando ut occluſo præputio, vel eo exiſtente difficilis reductionis, materia quædam ſine ulcere colligatur intra præputium & glandem, flava, viridis, fœtens inſtar puris, quæ caſtis importuna quidem eſt, & difficulter vel divertitur vel exſiccatur ob totius humiditatem & partis excipientis debilitatem, quæ ſi negligatur, tractu temporis poſt pruritum valde moleſtum inflammat & ulcerat,

ulcerat, ſine virulentia tamen : Scortatorum autem animum excruciat valde, quippe carie exeſam glandem quam aperire nequeunt, credunt & pertimeſcunt.

CAP. II.

De Luis Venereæ curatione generali.

OMnes quotquot Lue Venereâ laborant, propriis Alexipharmacis ſunt curandi: Aliàs variis morbis fallacem vulgarium affectionum ſpeciem præbentibus conflictabuntur primò, deinde tabeſcent, vel aliter morientur.

NB. Lues venerea nullis niſi propriis antidotis cedit, quamvis vulgaribus catharticis, & humorem in corpore prædominantem præparantibus, ejus malignitas aliquantum retundatur. Hoc fit maximo ægrorum malo, qui gaudent ſe decipi, donec tandem ſævientibus iſtius immanis Protei tecmeriis & inexpugnabilibus argumentis, ſuum errorem videant, & ad remedia vera ſerò ſæpiſſimè confugiant.

Paradoxon. NB. Lues levior cum puſtulis, &c. rarò ſine ſalivatione; gravior in ſolidis partibus ſolâ diæta ſudorificâ optimè curatur.

Luis Ven. curatio ſine ſalivatione. Lues Venerea curatur (præmiſſis univerſalibus) *ſine ſalivatione* per *ſudores*, qui provocantur variis formulis ex guaiaco, ſarſaparilla, China, buxo, ſaſſafras, lign. rhodio, ſmilace aſperâ, antimonio diaphoretico magiſtrali & vulgari,

gari, quod eſt ſummum ſanguinis depuratorium: *purgantibus* item elleb. colocynth. &c. miſtis Alexipharmacis, guaiaco, &c. *alterantibus* deniq; virulentæ qualitati reſiſtentibus, viperis, &c.

Vinum antiſiphylicum magiſtrale. ℞ lign. ſanct. inter. nigerr. ℔ij. ſarſæparil. alb. & medulloſ. ℔iij. raſ. buxi, raſ. hebeni, cortic. guaiac. ana ℥viij. lign. ſaſſafr. rhod. ſant. citr. cran. vel oſſ. human. C. C. ad ſummam albed. calcinatorum ana ℥iiij. fol. in umbra ſiccat. beton. chamæpit. ulmar. chamædr. ſcord. ſcabioſ. fumar. veronic. mar. garyophyll. totius, meliſſæ, ſaponar. eupator. Meſue, hyperic. ceterach, rut. hortenſ. ana m. ij. flaved. citri, rad. ſcorzon. Hiſpan. tapſ. barbat. valerian. utriuſq;, petaſit. bardan. ana ℥iijſ℈. rad. oxylapath. filic. fœm. ana ℥vij. flor. herb. paralyſ. calend. vetonic. rubr. ſalv. roriſmar. ana p. viij. ſem. pœon. mar. card. bened. card. Mar. bacc. junip. ana ℥iij. cinam. mac. caryophyll. ana ℥ſſ. fol. ſenn. mundat. minutim inciſor. ℥x. turbith, hermodact. ana ℥vj. rhabarb. elect. ℥iiij. fibrar. rad. ellebor. nigr. ver. pulp. colocynth. ana ℥iij. viperas præparatas n° viij. antimon. crud. puriſſ. ℥xij. cinnab. ℥vj. (quæ duo nodulo ineludi debent). Omnia debito modo præparata, idoneo tempore collecta & ſiccata, primò macerentur per hor. 12. in ſufficienti quantitate aq. cichor. agrimon. pomor. chamæpit. Mox iis doliolo incluſis affundantur vini albi tenuis optimi ℔lxxx. ſive galones Anglici decem. Fiat infuſio per dies xij. aut xv. ante uſum. NB.

Vinum antiſiphylicum purgans.

NB. Si ad curationem mali, præſertim magni & inveterati, quæratur remedium, vinum iſtud cum eradicativis elleb. & colocynth. eodem planè quo deſcriptum eſt modo præparandum eſt, non omiſſis viperis, præſertim ſi fœda ſcabies & ulcera maligna adſint. At ſi remiſſior ſit mali gradus, & poſt univerſalia præſidia ritè adminiſtrata, quæratur ſaltem curationis confirmatio, tribus hiſce detractis ſufficientis virtutis vinum concinnabitur, cujus quo accuratior fuerit infuſio, eo magis certa operatio evadet.

Loco antimonij crudi poterit ſumi regulus. Quid ſi diaphoreticum vulgare non lotum, ut cum ſale potentiùs ſuam virtutem in liquore deponat?

Loco cinnab. ſublimetur calomel. cum flor. ſulph. vel ipſe Merc. dulc. ſive calomel. addatur liquori.

NB. In exhibitione cinnab. vulgar. per os, nihil eſt periculi. Conſtat ex ſulph. & Mercurio, quæ ſeorſim innoxiè poſſunt deglutiri, multò tutiùs conjuncta, quia Mercurius optimè corrigitur à ſulphure.

Viperæ in certis caſibus, ut quando lui vener. conjuncta eſt lepra, vivæ poſſunt in vino ſuffocari: ſed oportet vinum eſſe generoſiſſimum, ut Hiſpanicum; aliàs metuendum ne in tenuiori vino feræ putreſcant, & fœtorem inducant remedio: id quod non continget, ſi earum corpora à ſuperfluitatibus mundata, & in clibano reſiccata cum cæteris in quocunq; vino infundantur.

Quoad liquorem infuſionis, poterit ſumi hydromel,

hydromel, cereviſia decem ſolidorum, paſſulatum, cæteráq; id genus quæ per fermentationem ingredientium virtutes potenter attrahunt, & per ſe depurantur. Succus baccarum ebuli, ſambuci, ſpinæ cervinæ, ceraſorum, &c.

Methodus curativa Luis cum hoc vino antiſiphylico hæc ſit. Præſuppoſitâ bonâ victûs lege tenui & ſiccante exhibeatur vinum per octiduum bis in die, mane & horis 2. ante cœnam, ad cyathum unum pro doſi. *Methodus vini exhibendi.*

Deinde provocetur ſudor per ſex vel octo dies bis in die, *decocto* valido ſeq. leniter purgante. ℞ ſarſæparill. ℥xxiiij. cortic. guaiac. ℥iij. rad. chinæ ℥vi. lign. ſaſſafr. ℥iij. raſ. buxi ℥ix. rad. cyperi, glycyrrhiz. ana ℥iii. hermodact. ſenn. ana ℥jſs. aquæ ℔xxiiij. reduct. ad ℔xij. Senna primò infundatur per vj. horas: deinde addantur cætera. F. infuſio per hor. 24. mox decoctio blanda vaſe tecto. Glycyrrhiza ultimò addatur. Doſis ℔j. Libra ſit ℥xij. *Decoct. ſudorif.*

Aut ſi *bolus* magis arrideat, ſequens eſt *ſpecificus*. ℞ viperæ totius cum hepate & corde (remotis omnibus ſuperfluis, capite, caudâ, cute & interaneis omnibus) Æthiopis mineralis, * diaphoretici noſtri magiſtralis ex tribus ana ℥ſs. Omnia excipiantur extracto meditullij guaiaci reſinoſi extract. cum aqua antiſiphylica, vel cum ſyrupo aliquo antiſiphylico f. *bolus* deglutiendus ex nebula. *Bolus ſudorif.*

Si verò largiorem velis diaphoreſin, deglutito bolo ſuperbibatur doſis decocti ſudorifici. Hoc autem fiat mane horâ ſextâ; ſeptimâ ingrediatur *Modus & tempora ſudandi.*

grediatur abacum vel cupam, & ſudet uſq; ad octavam; inde lectum petat, in quo ſudet blandè. Undecimâ prandeat. Quartâ pomeridianâ bolus & decoctum iterum exhibeantur; quintâ ſudet uſq; ad ſextam. Septimâ cœnet: & ſic ſucceſſivè decurratur totum ſtadium.

Balneum. NB. Si corpus ſit extenuatum, duo vel tres dies *balneationi* in aqua ſimplici deſtinentur, antequam ſudorum dies ineantur.

Victus. Durantibus ſudorum diebus *victûs* ratio ſit hæc: Capiat bis in die ℥iiij. panis biſcocti, & ℥j. paſſularum ſolis. Bibat autem quantum voluerit ex *decocto ſecundario*, quod tale ſit. *Decoct. ſecundar. pro potu ordinario.* Magmati primi decocti (ſudorifici) adde ſarſæparill. paſſularum ana ℥viij. oſſium bubulorum, hominis ſani ex capite & artubus, raſur. C. C. & eboris ana ℥iij. hordei mundati ℥iiij. Infund. per hor. 12. in ℔xxx. aq. fontanæ vaſe tecto. Mox f. decoctio ad ℔vj. conſumptionem lento igne, addendo ſub finem glycyrrhiz. ſem. coriand. ana ℥ij.

Vel hujuſmodi ſit *potus ordinarius*. ℞ ſarſæ ℥viij. rad. chin. ℥iiij. raſur. C. C. eboris, oſſ. bubul. ana ℥ij. rad. filic. fœm. ℔j. ſaſſafr. ℥iij. paſſul. ſolis, uvar. Corinthiac. una ℥iiij. aq. comm. ℔xxx. Infunde & coq. ad ℔ v. conſumption. Cola. Aromatiza. Ut ſuppleat, adde dimidiam ingredientium quantitatem cum pari aquæ; f. ut ſuprà.

Diebus ſudorum exactis, perſtet adhuc per 8. dies in uſu boli ſpecifici (cum decocto valido) ſine provocatione ſudoris. Propterea omittatur diaphoreticum noſtrum, & forma

boli

boli ſit hæc. ℞ viperar. farinæ ſarſæparill. Æthiop. mineral. ana ʒſs. mſ. & vel cum aqua vel ſyr. antiſiphyl. f. bolus, ut ſuprá. Poſt iſtos viginti quatuor dies elapſos, viceſimo quinto *purgetur* cum * ſyrupo pantagog. amaro: cujus exhibitio interpoſito uno vel altero die reiteretur. *Purgatio.*

Continuetur uſus decocti ſecundarij durante boli ſpecifici alterantis exhibitione, immo poſt purgationem initam, diebus à purgatione vacuis; item poſt purgationem finitam per plures dies.

" Hæc, Lector, eſt Authoris noſtri metho-
" dus antiſiphylica brevis (ſine ſalivatione:)
" Quoniam verò non omnibus omnia placent,
" ex Autore materiæ medicæ callentiſſimo ac
" feraciſſimo, alias medicaminum formulas
" prioribus ſubnectam, quarum quaſlibet tibi
" (pro opinione tua) ſit integrum vel adhi-
" bere vel repudiare.

℞ guaiaci inter. nigerrim. ℔iij. ſarſæparill. ℔ij. fol. ſenn. ʒiiij. agrimon. m. ij. cinam. ʒj. caryophyll. ʒij. nuc. moſchat. nº j. Ponantur omnia præparata in dolium parvum, quod capiat pintas Pariſienſes xxx. Affunde vini albi generoſi pintas xxiiij. Infunde per hor. 24. deinde incipiat æger bibere, donec totum ebiberit. Mane ſumat cyathum unum provocando ſudores per hor. dimid. poſtea utatur in quolibet paſtu, nec ullum alium potum habeat in paſtu, & ſolis aſſatis veſcatur cum pane biſcocto. *Vinum antiſiphylicum.*

Præmittantur purgatio & phlebotomia: poſt

poſt omnia item crebrò purgetur pilulis ante cibum.

Vinum iſtud plurimis exhibui, qui poſt plurima irrito labore uſurpata, poſt aliquod temporis ſpatium repullulantibus puſtulis, certiſſima luis adhuc præſentis præ ſe ferebant indicia, & convaluerunt.

Opiata antiſiphylica magiſtralis.

℞ raſ. inter. nigr. & reſinoſ. lign. guaiac. non evanid. præ vetuſtate ℥iij. cortic. ejuſdem virent. ideóq; recent. ℥jſs. rad. enul. carlin. valerian. utriuſq;, bardan. petaſit. angelic. utriuſq; virid. ariſtoloch. utriuſq;, imperator. ana ℥ij. viperin. Virgin. rad. contrayerv. ana ℥i. herb. fumar. galeg. fraxinell. chamædr. chamæpit. ſucciſ. ſcabioſ. card. bened. pimpinell. totius, marrub. alb. herb. paralyſ. rutæ, ſummit. roriſmar. ana m. j. canabin. aquat. cum flor. m. iij. ſcordij, veronic. mar. ana m. ij. flor. geniſtæ Hiſpan. p. iij. hyperic. centaur. min. garyophyll. rub. fragrant. ana p. iiij. ſummit. majoran. flor. ſalv. juniper. ſcarleæ ana p. iij. ſem. card. bened. card. Mariæ, bardan. citri contuſ. ana ℥j. cortic. ſaſſafr. flaved. citri, aurant. bacc. laur. matur. annotinar. ana ℥vj. bacc. junip. matur. recent. ℥x. Omnia conciſa & leviter contuſa, ſucceſſivè, ut artis eſt, indantur vin. Canarin. tenui & odoro admodum generoſo, quod ſupernatet ſpeciebus altitud. 4. vel 6. digitor. F. lenta decoct. in B. vaporoſo, vaſe idoneo, ad medietat. conſumption. mox fiat colatura per pannum denſum laneum, in quadratulo extenſum; addatur etiam levior magmatis expreſſio. Repetatur iſta colatura aliquoties per

per novum pannum, ut ſuccedat exactior depuratio. Liquor in eodem B. vaporis exhalet ad Julepi conſiſtentiam. Pondera, & adde mellis albiſſ. optimè depurati par pondus, & exhala ad conſiſtentiam ſyrupi ad uſum ſeq. aſſervandi.

℞ farin. ſarſæparill. opt. ℥iiij. gumm. guaiac. ℥j. baccar. junip. matur. ſem. rutæ ana ℥x. carn. viperin. cum jecor. & cord. ℥xiij. ſuccin. præp. C.C. vitriolat. ana ℥x. fol. ſen. mundat. ℥iiij. turbith, hermodactyl. jalap. à cortice liberat. bacc. ſpin. cervin. matur. in umbra ſiccat. gratiol. veræ ana ℥ij. Singulæ ante miſtionem terantur ſubtiliſſimè, per ſetaceum denſum trajiciantur; mox commiſta excipiantur triplo (vel q. ſ.) mellis præſcript. & f. *Electuar.* Quodſi aliquandiu fermentetur ante uſum, & quotidie ſpatulâ verſetur, erit efficacius. Doſis ab ℥ſ℔. ad ℥j. quotidie ad curationis confirmationem, ſuperhauſto juſculo vel aliâ maciatâ; vel, in calidioribus naturis, poſſeto herbis refrigerantibus, aliiſve morbum reſpicientibus magis temperatis, alterato.

Non dubito, quin hoc Electuario poſſis non ſolùm morbum hunc lenire, vel ejus curationem confirmare, ſed etiam curare, ſi in graviori caſu addatur ſingulis doſibus Æthiopis mineralis ℈j. ad ℥ſ℔. per dies conſequentes 30 vel 40. obſervatâ diætâ conveniente, & poto tantùm decocto ſarſæparill. aut ſmilacis aſperæ, rad. arundin. vallator. bardanæ, &c. Quoniam autem pleriq; qui hydrargyroſin paſſi ſunt, difficillimè purgantur, acui poteſ-

rit Electuarium vel quotidie vel diebus interpolatis, vel ſcammonio, vel trochiſc. Alhandal potiùs, cujus cathartici ſumma eſt efficacia in hujus peſtis eradicatione.

Opiata alia. ℞ raſur. guaiaci interioris nigerr. recentis & reſinoſ. ℥ij. cortic. ejuſdem ℥j. bacc. junip. recentium contuſarum ℥x. Infunde per quatriduum in vaſe circulatorio ſuper arena ad levem colorem in ℔ij. aquæ vitæ aniſatæ; mox f. colatura ad ℔jſ℔. quæ affundantur ſacchar. albiſſ. ℔j. mellis opt. deſpumati ℔ij. Incendantur & continuò agitando reduc. per deflagrationem in ſyrupum ſive oleum mellis & ſacchari.

℞ ſarſæparillæ albæ & medulloſæ in farinam reductæ ℥iiij. foliorum, vel, ſi haberi poſſint, folliculorum ſennæ ℥ij. rhabarbari, turbith gummoſi ana ℥j. Trita omnia ut alkool excipiantur triplo ſyrupi præſcripti, & f. *Electuar.* fermentandum ante uſum. Doſis à ℥vj. ad ℥j. per 25 dies.

Tabellæ. ℞ ℥iiij. ſarſæparill. Bulliant in aq. ad medias vaſe clauſo, ſuperpoſito capitello; deinde cum ſacchari ana decoctum hoc coquatur, donec ſaccharum indureſcat inſtar roſati: reducatur in pulverem, de quo cape v. g. ℥viij. farin. ſarſæparill. ℥iij. rad. chin. ℥jſ℔. fol. ſenn. mund. turbith ana ℥ſ℔. mechoacan. ℥vi. gumm. guaiaci ℥ſ℔. ſuccini ℥ij. ſem. aniſi, coriand. præp. ana ℥ijſ℔. cort. ſaſſafr. ℥iij. F. omnium alkool exactiſſimè commiſcendum. Excip. ſ. q. mucag. ſem. cydon. Q. C. rad. alth. vel gumm. tragacanth. (quidni etiam glutin. ex amylo vel ichthyocoll. album ovi?) f. paſta,

f. paſta, ex qua form. *tabellæ* ponderis ʒſs. exhib. bis in die ſuperhauſto cyatho decocti ſarſæparillæ ſuprà in hoc capite præſcripti pro potu ordinario.

℞ farin. ſarſæparill. albiſſ. ʒij. rad. chin. novæ imperforat. rad. tormentill. C. C. ad albedinem calcinat. oculor. cancr. præparator. corall. rubr. præparat. diaphoret. vel ceruſſ. antimon. inſip. ana ʒj. f. omnium alkool: cruſtæ panis albi ſicciſſimæ, vel panis biſcocti vel ſimplic. vel ſaccharati ʒiij. mſ. & formentur placentæ cum gelatina C. C., ichthyocolla diſſoluta in aqua decoctionis vel infuſionis ſem. aniſi, vel coriandri vel cinamomi; vel cum mucagine ſem. cydon. pulp. rad. alth. Siccentur ad levem calorem in ſtuffa; & ſerventur loco ſicco. Singulæ ſint ʒj. ponderis. Una vel duæ comedantur mane, ſuperhauſto decocti idonei momento; item loco cœnæ, per 20 vel 30 dies. Addantur ambr. & moſch. pro Magnatibus. Poſſunt addi oſſa humana calcinata, vel etiam cruda, præſertim ubi adſunt tophi, eáq; ex parte laborante. *Biſcoctum vel Martio-panis antiſiphyl. alterans.*

℞ ſennæ, jalap. ana ℈j. ireos Florent. turbith, tapſiæ, rad. eſulæ præp. ſem. ebuli, ſem. tithymal. cypariſſ. (Maio collect. in Gallia, ut feci à S. *Germain*, aliàs ubicunq; fuer. matur.) cremoris tartari ana ℈ſs. ſem. aniſ. coriand. ana ʒſs. cruſtæ panis ſicciſſ. non combuſt. aut biſcocti Belgici albi ſicciſſimi ʒv. f. omnium alkool excipiend. mucag. ſem. cydon. vel alth. extracta in aq. cinam. vel vino Hippocratico albo tenui, vel diſſolutione gummi Arabici, vel gelatina forti C. C. aut ichthyocol. facta *Biſcoctum purgans.*

cum vino. F. *biſcoctum*, ut ſuprà, pro unica doſi.

Placentulæ (ſive Macarons) *pro* infantibus *vel delicatis.*

℞ amygd. dulc. rec. mundat., in aq. roſar. infuſ. ℥viij. Terantur in paſtam in mortario marmoreo, ſubinde affundendo aliquid aq. roſar. Adde ſacchar. alb. ℥viij. & continuo terendo fac paſtam ut pro Martio-pane: mox adde pulverem conſtantem ex farina ſarſæparill. ℥ij. rad. chin. ℥j. C.C. ad albed. calcinat. ℥x. corall. rubr. in magiſter. reduct. cum ſucco limonum ℥ſs. qui pulvis ſubtiliſſimus permiſceatur paſtæ, addend. album. ovorum recent. in aqua agitator. n° 4. Fiant ex hac maſſa *morſelli* diligenter coquendi lento calore, aduſtionis metu, quæ facilè contingit.

Decoctum pro iiſdem.

℞ ſarſæparill. ℥ij. rad. chin. ℥j. raſur. C.C. & eboris ana ℥iij. paſſular. integrar. ℥vj. glycyrrhiz. ℥x. Infunde per hor. 8. ſuper cineribus calid. in ℔viij. aq. fontan. mox f. decoctio ad conſumption. ℔ij. Colatura f. per manicam pro potu ordinar.

" Hæc præſidia ſunt præcipua Mayernii
" antivenerea, (quibus *Mercurij* nulla admiſ-
" centur præparata) quæ curam ſiphylidis ge-
" neralem abſolvere præ ſe ferunt. Hiſce
" plura addendi locus erit, dum ſingula luis
" hujus ſymptomata in capp. ſeqq. percur-
" ram, ac remedia cuilibet appropriata ex
" Authore noſtro edoceam.

" Quodſi remedia jam citata veneni ſiphy-
" lici minùs efficaces antidoti (eadem exper-
" to) viſa fuerint, ad *Mercurialia*, ut ad ſa-

cram

"cram anchoram, confugiendum eſt. De "quorum varijs præparatis, exhibendi, ope- "randíq; modis conſulantur *Prolegomena*, "quæ adeò fusè de his diſſerunt, ut ibi dictis "addere ſit omnino ſupervacaneum.

NB. In lue inveterata, cujus virulentia oſſa occupat, quamvìs diætæ ſudorificæ aliiſq; generoſis præſidiis ſemel ceſſerit malum; attamen noli fidere, ſed aliquot annis conſequentibus alexipharmacis utitor, atq; ſudores per iſta antidota tibi reddito familiares.

NB. Nullum tempus præſcriptionis in lue venerea.

CAP. III.

De Gonorrhœa.

"CUM *Gonorrhœa* sæpissimè sit primum "conceptæ luis signum & symptoma, ab "hac ut initium sumatur, æquum est. Cùm "verò Gonorrhœa in *simplicem*, & *virulen-* "*tam* distingui solet; de *illa* (item de fluore "albo) quædam ex Authore nostro, tam à "semet experta, quàm ab aliis communicata, "non erit ex re Lectorem obiter edocere.

Materia medica ad Gonorrhœam simplicem.

Mayernij *Materia medica* ad Gonorrhœam & simplicem, & virulentam (postquam virus siphylicum edomitum fuerit) è sequentibus peti solebat, prout à semet catalogo coguntur.

Cinis fraxini, siliquarum fabarum, sarmentorum vitis.

Radices tormentill. petroselin. anchusæ, glycyrrhiz. nymphææ, &c.

Baccæ hederæ.

Tartarum ejúsq; *cremor.*

Semina Lactucæ, agni casti seu viticis, rutæ, herniariæ, sophiæ chirurgor.

Rhabarbarum. Crocus Martis astringens, præsertim corallinus. Os sepiæ. Sperma Ceti. Gummi Arabic. Pulvis ranarum. Terebinthina & ex ea colophonia. Pulv. Archangel. alb.

alb. Corall. utrumq;. Margarit. Oculi cancrorum. Cornu cervi ad albedinem uſtum. Spodium ex ebore. Oſſa omnia calcinata. Terra ſigillata. Bolus. Lapis hæmatit. Roſæ myrtilli. Saccharum Saturni. Gummi guaiaci. Gummi animæ. Succinum. Nux moſchata. Laudanum.

Serum lactis, & in eo diſſoluta albumina ovorum.

" Hæc (maxima ex parte) ſunt materia, " formulæ ſequuntur.

℞ radic. tormentill. biſtort. rhabarb. myrobalan. citrin. ana ℥iij. maſtich. ſuccin. præp. terebinth. Cypr. coctura indurat. ſang. dracon. ana ℥ſſ. ſucci glycyrrhiz. ℥ij. ſem. granator. berber. ſophiæ, plantag., anther. roſ. rubr. & nenuphar. utriuſq; ana ℥iijſſ. ſem. alkekeng. mil. ſolis, oſſ. meſpilor. gland. fruct. roſar. vel bedeguar. integr. ana ℥iiijſſ. interior. oſſ. ſepiæ, mandibul. Lucij ana ℥ſſ. ſpodij C.C. ad albed. calcinat. oſſ. hum. vel bubul. calcinat. ana ℈v. magiſter. corall. utriuſq;, lap. hæmatit. præparat. ana ℈vij. croci Martis aſtringent. ℥v. gumm. Arabic. tragacanth. ana ℥jſſ. (camphora, gumm. guaiaci poterunt addi pro neceſſitate uſûs tempore.) Omnia in tenuiſſimum pulverem redacta excipiantur ſ.q. ſapæ cydon. & f. maſſa *pilular*, ad cujus ſingulas drachmas addatur granum unum noſtri * Nepenthes. Poterit autem addi uſûs tempore, ut vel augeatur vel minuatur iſta quantitas juxta neceſſitatis gradum. Si triplum ſumatur ſapæ cydoniorum ad pulveres, parabitur *Electuarium* cujus doſis erit ℥ſſ. *Pilulæ aſtringentes.*

Nota, fæces rhei ab infuſione reſiduas poſſe ſumi, ubi ſummâ aſtrictione opus eſt; aliàs rheum intactum ſumatur.

Aliæ. ℞ terebinth. Venet. vel Cypr. (ſi magis ſit roborand.) coctura in aq. roſar. & plantag. indurat. inſtar ſuccini diaphanæ ℥ſ. maſtich. ℥vj. ſandarac. ſang. dracon. camphor. ana ℥iij. ſuccin. præp. mandibul. lucij, glandium, interior. oſſ. ſepiæ ana ℥iijſ. anther. nenuphar. & roſ. rubr. ſem. berber. ſophiæ chirurgor. & plantag. ana ℥ijſ. cranij hum. ad albed. uſti, C.C. itidem uſti, magiſter. corallor. & ocul. concr. dulcis ana ℈iiij. croci Martis aſtringent. ℥v. gumm. Arabic. tragacanth. ſucc. glycyrrhiz. ana ℈v. f. omnium alkool, excip. ſ. q. ſapæ cydon. ut f. maſſa *pilular.* Doſis ℥j. bis in die.

Quidam non ferunt camphoram, à cujus nidore ipſis afficitur cor & cerebrum, ideo poteſt omitti, & usûs tempore addi.

Aliæ. ℞ rhabarb. elect. glycyrrhiz. ſubtiliſſ. pulv. ana ℥ij. terebinth. Venet. vino albo lotæ ad albedinem ℥j. camphor. gr. vj. mſ. fiat maſſa pilularum. Doſis ℥j. mane & veſperi.

Hauſtus. ℞ archangel. flore albo, ſalviæ minutæ rubr. ana m. j. Ponantur in ſcyphum, deſuper mulgendo lac vaccinum: ſtent in infuſione per totam noctem; mane f. per pannum ſtamineum colatura, cui addatur pulvis terebinthinæ coctûrâ induratæ, ſuccini & nucis moſchatæ ana ℈j. Bibatur mane, & iteretur in ingreſſu lecti cum novis herbis. Probatum. *Hoc Mouffet dedit Dornel.*

Bolus. ℞ terebinth. Venet. in aq. roſ. ad albed. lot.

lot. ℥jſſ. pulv. rad. petroſel. & liquirit. ana ℥ſſ. cryſtall. utriuſq; ana ℈ij. oſſ. inter. ſepiæ ℈j. mſ. f. bolus.

Radices conſolid. major. plenæ, ſucco viſcido turgentes, in vigore exiſtentes, effoſſæ veris initio, optimè mundentur à terra adhærente, abluantur & mantili mundo ſiccentur: Hiſce in fictili affundatur aqua roſarum albarum quæ radices tegat, coquantur lentiſſimo calore tamdiu donec apprimè molleſçant totâ aquâ abſumptâ. Terantur in mortario marmoreo exactiſſimè, & trajiciatur pulpa per ſetaceum denſum. ℞ iſtius pulpæ ℔j. ſacchar. cryſtallini candi duri finiſſimi ℔ij. ſuper lento calore continuò agitando pulpa ſecundùm artem condiatur: adde ſantali albi in alkool redacti ℥j. mſ. f. Electuarium. Peterit formari in placentas unciales inſtar *Macarons*, quæ ſiccentur in hypocauſto. Doſis ℥j. quotidie mane ſuperhauſto lactis vaccini ex ubere calentis bono hauſtu, per dies 20. 30. 40. & plures ſi opus ſuerit, ad perfectam curationem. *Foucault.* *Conditura.*

Caro bubula per fumum ſiccata (Anglis *Martlemas beef*, Belgis **gerooght Vlees**) ab externa nigredine mundata diſcerpatur in filamenta quæ multiplici ablutione aquæ calentis liberentur à ſalſedine; poſtea mantili optimè deterſa, poſt exemptum è furno panem iteratâ immiſſione ſiccentur, dum poſſint reduci in pulverem; de quo cape partes duas, baccarum maturarum hederæ arboreæ partem unam, miſceantur exactè. Hujus pulveris ℥j. exhibeatur pluribus matutinis conſequentibus. *Pulvis.*

quentibus, ſuperhauſto cyatho hydromelitis ſimplicis, vel decocti radicis eryngij. Mirus perhibetur effectus trivialis hujus remedij, quod habuit Sir *Kenelm Digby* in Belgio à Medico celebri, huic primò communicatum ab obſtetrice, quæ fluorem muliebrem certò citò curare ſolebat.

NB. In corporibus pituitoſis nolim abluere, ſed tantùm ſiccare carnem.

Injectio. ℞ ſucci ſalviæ ℥iiij. aq. ſtillatit. caprifol. vini albi ana ℥vi. flor. roriſmar. m. j. mell. roſac. ℥iiij. Bulliant ſimul ad deſpumationem mellis: Poſtea clarificetur liquor reſervandus ad injectiones faciendas, præſertim in uterum per metrenchytum. *Hoc item eſt Mouffeti.*

Plura videas in Vol. I. Lib. III. cap. 25. p. 419, &c.

Gonorrhœa virulenta. Tranſeamus nunc ad *Gonorrhœam virulentam.*

Clyſter. Primò injiciatur *clyſter* ſeq. ℞ rad. alth. & nenuphar. ana ℥j. fol. parietar. m. ij. atripl. violar. ana m. j. flor. malv. p. iij. ſem. lini & fœnugr. ana ℥ſs. F. decoctio in poſſeto & colatura ad ℔j. in qua diſſolv. elect. lenitiv. ℥ij. ſyrup. violar. ſacch. alb. ana ℥jſs. butyr. rec. ſine ſale ℥iij. ova integra confracta n° ij. mf. f. clyſter.

In urinæ ardore. Si *ardor urinæ* adſit, poſt rejectum clyſterem bibat hauſtum ſeq. ℞ hord. mund. ad putrilag. coct. cochl. j. medull. ſem. melon. rec. ℥iij. ſem. papav. alb. ℥ij. Terantur in mortar. marmor. cum ℥iiij. aq. hordei & ℥ij. aq. ſtillat. melilot. F. emulſio, in qua diſſolv. ſyr.

ſyr. de mucilag. ℥j. de alth. ℥ſſ. mſ. Vel bibat affatim emulſionem ex ſem. 4. frigid. maj. lactuc. papav. alb. ſem. canab. parat. cum decocto rad. cynaræ, chinæ, nenuphar. fol. auricul. muris, &c.

Vel ℞. rad. alth. ℥j. rad. bardan. inter. partis cynaræ ana ℥ij. rad. nenuph. ℥jſſ. rad. tarax. ℥x. fol. malv. tenellor. parietar. ana m.j. flor. meliloti p. iij. flor. malv. roſ. p. ij. ſem. alkekeng. ℥ſſ. ſarſæparill. ℥xij. F. omnium decoctio in ℔iiij. aq. fontan. ad medietat. conſumption. F. colatura, in qua diſſolv. caſſ. fiſtul. rec. è cann. extr. ℥iij. F. infuſio per 3 hor. deinde poſt unum aut alterum fervorem colatura pro 3 doſ. in quarum ſingulis diſſolve ſyrupi de mucilag. ℥j. Exhib. bis in die horâ 8. & 5 pomerid. longè à ſobriis paſtibus, per 3 dies.

Ante hujus uſum, item poſt eundem exhib. bolus ſeq. ℞ caſſ. fiſtul. recenter è canna extract. ℥ſſ. diaphœnic. ℥ij. calomel. ℈j. gumm. Arabic. ſubtiliſſimè pulv. ſucci glycyrrhiz. ana ℥ſſ. mſ. f. bolus. Vel pil. lenientes ex gumm. Arabic. tragacanth. prun. ceraſ. extract. capit. papav. alb. noſtrat. ſucc. glycyrrhiz. Mercurio crud. ſubact. cum tantill. terebinth. Venet. Cum ſyr. de mucilag. vel de alth. f. maſſa.

In *tentigine* applicetur peni cataplaſma ex mica panis cum lacte, pulp. rad. alth. & mucilag. addit. ol. lil. alb. & violato. Vel ℞ ung. popul. ℥jſſ. * nutriti noſtri magiſtralis ℥ij. camphor. ℈j. mſ. pro litu totius partis affectæ, ſæpiùs uſurpand. ſuperpoſito linteo oxycrato *In tentigine.*

oxycrato tepente imbuto. Vel mane & veſperi fiat fotus longus calidè genital. ex decoct. heder. facto in aq. & lacte. Profuit cuidam hic fotus, cæteris omnibus irritis. Vel ℞ fol. hederæ duriora, bulliant in ſero lactis donec color viridis evaneſcat: In hoc decocto calente penis per horam contineatur, meiendo in decoctum ſi appetitus inceſſat. Tolletur *tentigo.*

Ad *dyſuriam* cum vel ſine tentigine injici poteſt liquor ſeq. ℞ lact. vaccin. rec. mulcti part. ij. v.g. ℥viij. aq. roſ. & nenuph. ana ℥ij. album. ovor. longâ agitatione in aq. reducta nº ij. mſ. pro injectione facienda per ſyphonem tepidé.

Gonorrhœæ curatio. Ad *virulentiam gonorrhœæ* eradicandam exhibeantur aliquæ ex pilulis antivenereis in *Prolegomenis* deſcriptis toties quoties opus fuerit, aut repetatur ſæpiùs bolus ſuprà præſcriptus, aut ſumantur pil. ſeqq. ad ℈j. per plures dies conſequentes mane. ℞ aloes ℥ij. rhabarb. ℥j. myrobalan. ℥ſ. crem. tart. ſucc. glycyrrh. ana ℈ij. Mercur. ex cinnabar. ℥iij. terebinth. Venet. q. ſ. f. maſſa. Sequentes item valdè proficuæ ſunt. ℞ gumm. guaiaci ℥ſ. pulv. rad. petroſelin. & cynaræ ana ℈iij. crem. tart. ℈ijſſ. glycyrrhiz. rec. pulv. medull. canabis ſem. ana ℈iijſſ. ſem. alkekeng. & nymph. ana ℈jſſ. Mercurij crudi ℥j. terebinth. Venet. q. ſ. ad incorporandum. Mſ. f. maſſa pilular. de qua cap. ℈j. quotidie mane horis 4 ante prandium.

Purgatio. Injectio. Magnopere item poſt *purgationem* prodeſſe poterit *injectio* ſequens. Fiat lixivium ex cal-

ce

ce viva recenter uſta; cum hoc vel teratur in porphyrite Mercurius calomel. ſive dulcis, vel ſaltem reductus in alkool in ampullam aquâ dictâ plenam projiciatur. Illico nigreſcit inſtar atramenti, ſublimatum verò vulgare flaveſcit. Serva ad uſum, cujus tempore vas agitetur.

NB. Gonorrhœam virulentam certò ſanat præmiſſis præmittendis. Carunculas curat & ſiccat. Curat pruritum intolerabilem ani, ſcroti, pubis, lotione; item fiſſuras, ulcera.

℞ aq. calc. ℥vi. mellis roſati ℥ij. Mercurij dulcis ℥j. mſ. f. injectio. Hæc Equitem Sir *Kenelm Digby* intra quinq; dies perfectè curavit ex gonorrhœa, non ſine dolore magno.

℞ aq. plantag. roſ. & nymph. ana ℥iiij. aq. aluminoſ. vulgar. ℥iij. trochiſc. alb. Rhaſ. ℥ſ. vitrioli albi uſti ℥ſ. vin. alb. ℥ij. mſ. pro *injectione.*

Injectio expertiſſima in gonorrhœa virulenta quam mihi dedit *Bonne* Nobilis pharmacop. Sedani. ℞ lithargyr. auri purificat. olibani ana ℥j. aq. ℔j. cortic. cucurbit. longæ ſiccæ ℥ſ. Bulliant ſimul ad tertiæ partis aquæ conſumptionem. F. *injectio.* Ardorem tollit doloremq;, & potenter ſiccat.

Sequens non infimæ virtutis eſt. ℞ rad. ſymphyt. maj. rad. tormentill. ana ℥ſ. fol. brunel. buglæ, agrimon. plantag. herb. Roberti ana m. ſ. roſ. rubr. p. ij. ſem. ſophiæ ℥iij. f. decoctio in aq. fabrorum. Cap. de colatura ℔j. aq. ſperm. ran. phlegm. alum. ana ℥iiij. aq. roſ. & plantag. ana ℥ij. ſacchari Saturni ℥ij. vitrioli albi, vel, ſi habeatur, vitrioli Martis

tis ℈j. mſ. pro *injectione* bis térve in die facienda per ſyphonem; quæ ſi acrior fuerit, temperetur usûs tempore adjectione aquarum (prædictarum.)

Aqua Quercetan. Poſt univerſalia commendatur aqua Quercetani (ad gonorrhœam virulentam) ad cochl. 2. bis in die longè à paſtibus ſumend. ℞ menth. ſicc. ſemin. lactuc. rutæ, viticis ana ℥ij. Ireos Florent. dictam. alb. ana ℥jſ℈. Sacch. ℔ſſ. terebinth. Venet. ℥iij. vini albi ℥xx. Diſtilla in balneo Mariæ. Duobus tribúſve primis diebus commaculatur induſium aquâ plurimâ tenui flavâ, ſequentibus paulatim ceſſat fluor, & craſſeſcit ſemen, & coagulatur ut naturaliter eſſe debet.

Dedi nobiliſſimo viro D. Comiti Oxonienſi 1622. in turri Londinenſi, ſummâ genitalium imbecillitate, & ſeminis tenuitate laborante, qui & ſemen ſpiſſius evaſiſſe, & erectionem validiorem ſucceſſiſſe aſſeveravit. Vide quid faciat in languente Venere à debilitate vaſorum & tenuitate ſeminis.

Pilulæ aſtringentes. ℞ maſtich. pellucid. ſuccin. præp. ana ℥ij. corall. rubr. præp. marg. præp. ſpodij, mandibul. lucij, terræ ſigill. ana ℥jſ℈. pulv. glycyrrhiz. gumm. Arabic. ana ℈v. gumm. guaiaci, croci Martis aſtringent. per ſolum ignem præparat. ana ℥ijſ℈. Laud. noſtri opiat. ℈j. Cum ſapa cydon. f. maſſa. Doſis ℥j. in ingreſſu lecti horis tribus à cœna. Hoc remedio (poſt univerſalia) Dux *de Montbazon* à violentiſſ. gonorrhœa perfectè curatus fuit.

Pilulæ ſequentes in gonorrhœa virulenta ſunt præſtantiſſimæ. ℞ rad. tormentill. ℥iij. maſtich.

maſtich. ſandarac. ana ʒjſſ. oliban. colophon. ana ʒj. croci Martis ʒijſſ. rhabarb. rhapontic. myrobalan. citrin. ana ℈iiij. hydrargyr. per ſalem & acetum præparat. ʒſſ. fol. auri nº 24. camphor. ℈j. mſ. & cum terebinth. Venet. in aq. roſar. ad albed. lot. f. maſſa. Cap. ℈ij. hor. 4. à cœna.

℞ camphor. ℈ſſ. ſalis Saturni ℈j. ſalis tartari gr. xij. caſſiæ fiſtul. ʒſſ. terebinth. Venet. ʒj. mſ. f. bolus. Gonorrhœam curat intra paucos dies. *Bolus.*

Poſt extinctam gonorrhœæ (maxima ſaltem ex parte) virulentiam decoctum ſudorificum utiliſſimum erit. E. g. ℞ ſarſæpar. alb. & medulloſ. ʒvj. raſur. lign. ſanct. ʒij. rad. bardan. ʒviij. rad. cinar. ʒiiij. fol. parietar. m. iij. fol. veronic. mar. bugl. ſanicul. ana m. jſſ. fl. nenuph. p. iiij. ſem. alkekeng. ʒſſ. lumbos ſcincor. nº ij. raſur. C. C. primar. rec. ʒijſſ. Infund. per hor. xij. in ℔viij. aq. font. vaſe tecto, mox f. lenta decoctio donec reſtent liquoris colati ℔iiij. addendo ſub finem decoctionis glycyrrh. Hiſp. raſ. ʒvj. Hæc quantitas ſit pro 8. doſ. reſervandis in totidem ampullis probè obturat. loco ſubterran. Sum. bis in die longè à paſtibus, provocando ſudores poſt doſin matutin. in lecto ſuperpoſitis ſtragulis & circumpoſitis paucis lagenis aq. calid. plen. *Decoctum ſudorif.*

Si *decoctum purgans* malis, utere ſequenti. ℞ ſarſæparil. ʒij. lign. ſaſſafr. ʒj. rad. bardan. & cinar. ana ʒiij. fol. beton. virg. aur. equiſeti ana m. j. baccar. heder. ſem. vitic. ana ʒſſ. glycyrrh. Hiſp. ʒvj. Omnia ut decet inciſa macerentur per hor. 4. in ℔viij. aq. font. in quibus *Decoctum purgans.*

quibus per hor. 3. permacerat. fuerint ℥iij. fol. ſenn. mundat. minutim inciſ. F. lenta decoctio donec reſtent liquoris colati ℔iiij. pro 8. doſ. bis in die ſumend. longè à ſobriis paſtibus.

Elect. purgans. Haud minùs efficax erit hoc *Electuarium*, ſi ſolidioris formæ medicamentum magis arrideat. ℞ rad. ſiccar. bardan. ℥ij. rad. ſymphyt. maj. baccar. heder. matur. ſem. vitic. ſummit. rutæ ana ℥j. ſuccin. præp. gumm. guaiac. ana ℥vj. ſem. bardan.& card. benedict. gumm. Arab. ana ℥ſs. viper. ſiccat. ℥jſs. antimon. diaphoret. fixiſſ. ℥x. crem. tart. albiſſ. ℥v. farin. ſarſæparill. pulv. ſennæ ana ℥iiij. ℥j. F. omnium alkool excip. ſ. q. ſyrup. nenuph. moror. rubi Idæi & cydon. ſ. *Electuar.* inſtar Opiatæ, de qua cap. quotidie mane primò ℥vj. deinde ℥j. ſuperhauſto poſſeto, dilato ad 4. hor. prandio.

Victus. *Victus* ſit tenuis & ſiccans. *Potus ordinar.* *Potus ordinarius.* decoctum ſequens. ℞ ſarſæpar. ℥viij. raſur. lign. ſancti ℥ij. ſantal. alb. ℥iij. C. C. & eboris ana ℥ijſs. ligni ſaſſafr. ℥jſs. Infund. & decoq. in ℔xxx. aq. font. ad ℔v. conſumption. Colatura mittatur per manicam, dulcoretur pauco ſaccharo, & aromatiz. ſem. coriand. ad uſum dictum. Perſtet in hac diæta per ſeptimanas duas vel plures.

CAP.

CAP. IV.

De Pudendi carie vel ulceribus, & bubone.

Gonorrhœam quandoq; comitatur, quandoq; ſequitur, immo non rarò eidem præit *caries* pudendi, præcipuè glandis & præputii. Interdum verò Urethra & Proſtatæ, Pudenda item muliebria ulceribus graviter afficiuntur. Quibus caſibus præter curam generalem, ulcera hæc topicis diligenter ſunt fovenda (præcipuè ſi calloſa ſint,) detergenda, carne opplenda (ſi altiora,) exſiccanda ac cicatrice obducenda.

Poſt debitam curationem, præparetur corpus ad diætam ſudorificam.

Balneum aquæ dulcis tepentis inſtituatur bis in die per tres dies, additis foliis plurimis malvæ, violar. parietar. chamæmel. fœnicul. &c. Fiátq; (ſi callus adſit) ſacculus oblongior farctus radicibus alth. ſymphyt. major. ſcrofular. utriuſq;, ſem. lini contuſ. raſur. guaiaci, cui indatur veretrum toto tempore quo æger erit in balneo. Bibat interim decoctum ſecundarium vel debilius in cura generali præſcript. *Balneum.*

Peractis diebus balnei veniat ad *diætam ſudorificam*, cujus formula ſit talis: ℞ ſarſæparill. ℥iiij. raſur. lign. ſanct. ℥ij. raſur. buxi ℥ij. ſantal. citrin. lign. Rhod. ana ℥jſs. radic. *Diæta ſudorif.*

tapſi barbat. valerian. maj. petaſit. ana ℥j. fol. betonic. ulmar. card. benedict. ana m. j. chamæpit. m. ij. florum paralyſeos p. viij. flor. anth. p. iij. flor. cordial. ana p. ij. Conciſis omnibus affundantur ℔viij. aq. fontan. f. infuſio per hor. 24. vaſe probè clauſo. Deinde f. decoctio lento calore ad medietatis conſumptionem, addendo ſub finem decoctionis glycyrrh. rec. ℥jſſ. F. colatura pro 8. doſ. ſumendis bis in die, provocando *ſudores* poſt doſin matutinam, idq; in lecto ſuperpoſitis ſtragulis & circumpoſitis lagenis aq. calid. plenis.

☞ ℞ conſerv. flor. paralyſ. ℥j. * diaphoret. magiſtral. gr. xv. miſ. f. *Bolus* dandus ante hauſtum decocti matutin.

Purgatio. Poſt quartum quemq; ſudorem *purgetur potione* ſeq. ℞ raſur. lign. ſanct. ℥ij. ſarſæparill. ℥iij. baccar. junip. pulpoſar. maturar. ℥j. fol. ſenn. mund. minutim inciſor. ℥ſſ. Infund. per hor. 24. in æq. partibus aq. cichor. & vini albi tenuis ſuper cineribus tepidulis: F. colatura per chartam ſuper ℥j. mann. Calabrin. cui adde infuſion. roſ. pallidar. ℥j. aq. cinam. ℥j. miſ. f. potio danda in aurora. Vel ſumat *pilulas* ſeqq.

℞ pil. coch. min. ℥ſſ. aquil. gr. x. ambr. griſ. gr. iiij. ol. aniſ. gutt. ij. miſ. f. *pilulæ.* Augeri poteſt quantitas aquilæ ad gr. xvj.

Sudet per 15. aut 20. dies donec callus (ſi adſit) planè evanuerit, & curata fuerint ulcera.

Suffitus. Poſt quartum ſudorem incipiat uti *ſuffitu* ſequen-

ſequente veretri bis in die in capſa idonea cum tubo, ut artis eſt. ℞ cinnab. ℥ij. antimon. ℥j. gumm. ammoniac. galban. ſagapen. bdellij ana ℥j. ſuccin. ℥jſ℈. olibani ℥iij. myrrh. mumiæ ana ℥ij. F. omnium pulverizandorum pulvis, gumm. ſoluta in aceto inſpiſſentur, miſceantur omnia, & excipiantur terebinth. Venet. Divid. in xvj. partes æqualis ponderis, & f. trochiſci comburendi in lamina ferrea candente admodum ſpiſſa, aut artis eſt. Vel

℞ rad. ariſtoloch. rotund. maſtich. ana ℥j. ſal. ammoniac. ℥ſ℈. cinnab. ℥ſ℈. mſ. f. *pulvis*, ad ſuffumigium ter in die uſurpandum. Hinc callus molleſcit & detergetur, ac conſolidantur ulcera. Præſtat ut pulvis ſit craſſiuſculus, quippe diutiùs durat ad ignem.

NB. In ulceribus & excoriationibus pudendorum nihil tam extinguit malignitatem quàm ſuffitus è cinnabari. Mox aſperge pulverem malicorij, ut tale aliquid.

Quidſi oleo Antimonii aperiantur ulcera (externa)? hoc enim pacto durities & callus in pus abibunt, & diffiabitur virus, ac inuſta maligna intemperies---tolletur. Adde quòd citiſſimè ob mercurialem vim cicatrice laudabili obducentur ulcera.

NB. Ung. diapompholygos mixtum cum Mercurio crudo præſtantiſſimum eſt ad ulcera Venerea (in quacunq; parte) vel alia inveterata & maligna remedium.

Poſt abſolutam diætam ſumat quotidie mane per xx. dies ℥vj. *elect.* ſeq. ſuperhauſto poſſeti cyatho, dilato ad 4 horas prandio. ℞ pulv. ſarſæparill. ℥iiij. ceraſſ. antimon. optimæ *Elect. ſpecif.*

præp. ʒij. conſerv. rad. cichor. flor. paralyſ. beton. ana ʒjſſ. pulv. ſubtiliſſ ve onic. maris, fumar. epithymi anâ ʒj. raſur. C. C. & eboris ana ʒiij. raſur. dentis equi marini ʒij. corall. utriuſq; præparat. ana ʒijſſ. trochiſc. viperinor. ʒx. crem. tart. alb. ʒvj. mſ. & cum ſyr. de pom. redolent. & violato f. *Electuar.* inſtar opiatæ.

Niſi fluat alvus, ſubducatur vel pilulis macri poſt cœnam ſumptis, vel caſſiâ immediatè ante cœnam deglutitâ.

Ulcera interna. In *ulceribus internis*, putà urethræ, proſtatarum vel uteri vaginæ, præter medicamenta curam generalem præſtantia, hæc adhibeantur.

Potus ordinarius ſit cereviſia hæc vulneraria. ℞ rad. chin. ℔j. ſarſæpar. guaiac. ana ʒviij. lign. lentiſcin. ʒiiij. rad. ononid. fœnicul. ana ʒvj. ſem. alkekeng. ʒiij. rad. alth. ʒvj. rad. ſymphyt. maj. ʒv. gumm. Arabic. ʒiiij. maſtich. ʒij. nuc. moſchat. nº vj. cereviſ. galon. x. F. ut artis eſt.

Hydromel. Mane & veſperi hor. j. ante paſtus cap. hauſtum *hydromel.* medicat. ſeq. ℞ rad. alth. ſymphyt. maj. glycyrrhiz. ana ʒiij. rad. nenuph. oxalid. fragar. oxylap. tarax. ana ʒj. rad. ononid. ʒij. fol. ſicc. equiſeti, herniar. jaceæ alb. pimpinel. ana m.ſſ. fol. buglæ, prunel. veronic. fœm. pyrolæ, alchymil. ophiogloſſ. agrimon. ana m. j. perſicar. maculat. m. ij. ſem. plantag. ʒij. bacc. heder. mural. ʒjſſ. anther. roſ. & nenuph. utriuſq; ana ʒſſ. Omnia diligentiſſimè in umbra ſiccata pone in doliol. iiſq; affund. hydromel ex parte una mel-

lis

lis & partibus 8. aquæ pluviæ decies chalybeatæ ad perfectam deſpumationem cocti ℔xl. ſive galon. v. Sinatur fieri fermentatio in loco calido, ut ad ſolem, in camino, aut pone furnum piſtoris. Limpidus liquor tranſvaſetur.

Si alvus aſtrictior ſit, vel venenum ſiphyli- *Bolus purgans.*
cum non planè extingui viſum fuerit, ſubinde (ſemel circiter in ſeptimana) ſum. *bol.* ſeq. ℞ caſſiæ recent. extract. ℥v. diapruni ſolutivi ℥j. calomel. gr. xv. vel ℈j. terebinth. Venet. ℥jſs. pulv. ſubtiliſſ. glycyrrh. gumm. Arabic. ana ℈j. mſ. f. bolus ſumendus è cochleari cum ſyr. de alth. & violar. mixtis, dilato ad 4 horas juſculo.

Bis, ter quatérve in die *injiciatur* liquor *Injectio.*
ſeq. per ſyphonem. ℞ aq. plantag. ſolani, ſpermatis ranarum ana ℥iiij. vini albi generoſ. ℥iij. ſacchari candi ℥ij. aloes ℥ij. mſ. Si hæc injectio aliquam inferat acrimoniam, eâ rejectâ injiciatur lac tepidum.

Injectione hâc diligenter uſurpatâ apprimè deterſum erit ulcus, ad cujus exſiccationem & ferrumination em adhibitis ſequentibus erit veniendum.

℞ terebinth. Venet. ℥ij. maſtich. pellucid. *Pilulæ ferruminantes.*
℥j. ſandarac. ℥ſs. Pone ſimul in veſic. atq; in aqua calente liquentur, diu multúmq; agitando donec f. maſſa, cui calenti adde pulv. ſubtiliſſ. ſuccini præp. ℥vj. pulv. rad. ſymphyt. maj. ℥iij. gumm. Arabic. ℥ij. glycyrrhiz. ℈iiij. ſpodij ℥j. (camphoræ ℥j.) mſ. f. maſſa *pilular.* de qua cap. ℥i. quotidie mane per menſem unum vel alterum ſi opus ſit.

Elect. ad urinæ ardorem. Si *ardor* in urina reddenda (vel alias) moleſtus ſit, capiat inſtar juglandis ex *Elect.* ſeq. ℞ conſerv. flor. malv. ℥iiij. pulv. rad. ſymphyt. maj. ℥j. glycyrrhiz. ℥ſs. gummi Arabici, pruni (vel cerali) ana ʒiij. mſ. & cum ſyr. nenupharino f. Electuar.

Injectio. Vel utatur *collyrio Langfranci*, vel *injectione* ſequenti. ℞ aq. plantag. roſ. rubr. ſperm. ranar. ana ℥iiij. aq ſive phlegmatis aluminis ℥vj. ſalis ſeu ſacchari Saturni cryſtallini ℈xviij. ſive ʒvj. mſ. f. *injectio* per ſyphonem. Si nimis acris fuerit, temperetur additione aquarum.

Victus. Exactiſſima obſervetur *diæta*, in qua ſi peccetur, vinum potando, vel ſalis, acribus, acidis utendo, medici operam, æger verò planè ſpem luſerit. Abſtineatur planè à Venere.

Bubo in inguine. Ab impuro concubitu *bubo* in *inguine* interdum oritur, cui ſæpe anſam præbet importuna gonorrhœæ ſuppreſſio. Non neglectâ curâ generali, horum diſcuſſioni incumbe unctione longâ ung. de alth. & axung. ſuill. cum emollientibus coct. additâ (ſi opus fuerit) pulveris impalpabilis Mercurij in Saturnum tranſmutati portione.

Vel ℞ axung. ſuill. recent. ℥iiij. ol. guaiacin. & ceræ ana ℥j. cinnab. ℥jſs. euphorb. ʒij. camph. ʒjſs. mſ. pro litu.

Emplaſt. maturans. Sin bubonem *maturare* magis è re fore videatur, *emplaſtrum* ſeq. iſti intentioni optimè reſpondebit. ℞ rad. bryon. alth. ana ℥j. lil. alb. ℥jſs. Coq. ad tertias. Expreſſioni adde terebinth. ℥j. farin. tritic. q. ſ. ol. olivar. antiq.

tiq. lilior. axung. ana q. ſ. Cum cera ſ. emplaſtrum.

CAP. V.

De Ὑπερσαρκώσει ſive Carunculæ in Urethra curatione.

Caruncula curatio in quibus conſiſtit.

Difficultas præcipua iſtius curationis circa quinq; conſiſtit; 1. cathæretici medicamenti, actionem ſuam citra dolorem intenſum, vel graviorum ſymptomatum periculum exerentis, inventionem; 2. ejuſdem debitam applicationem & moderationem; 3. perfectam ſuperfluæ carnis, ſive duræ ſive mollis & fungoſæ, conſumptionem, ſive ea punctim fiat, ſive per latus; 4. ulceris facti & deterſi exſiccationem & cicatrizationem; 5. ſymptomatum præcautionem & ſedationem.

Cathæreticum quale.

I. *Cathæreticum* tale ſit, quod neq; ſanas partes lædat, nec diffluat multùm, nec eſcharam faciat duram; ſed tantùm blandè erodendo fungoſam carnem in purulentam materiam liquet.

Ejus materia.

Cathæretici componendi *materia Animalis* ſunt mel, ſtercora hum. canin. lacert. anſer. columb. conchæ oſtreorum, oſſa ſepiæ, cortices cancror. fluviatil. marin. aſtacor. oculi cancror. erinaceus combuſtus, cochleæ, cortic.

ovor. bufo, hirud. veſpertil. lacert. virid. *Vegetabilis*, Sabina integra vel uſta, cortex median. fraxin. calcin. fabarum ſtipit. & ſiliq. cinis, braſſicæ cinis, perſicariæ feræ cinis, hermodactyl. rad. bryon. ariſtol. rot. charta, tartari ſal, oleum. *Minerales*, Mercurius præcipitat. ſublimat. dulcis, antimon. crud. vitrif. exedens, tutia, æs uſtum, battitura æris, aurichalci, alumen uſtum, vitriolum uſtum, colcoth. viride æs, magma omnium ſalium uſtorum; plumbi ſaccharum, oleum; minium, ceruſſa; olea antimon. arſenic. ſublimati; aqua fortis & ejus fæces dulcorat. Saturno, tartaro.

Nota. NB. Ex his omnibus, pro libitu, varias concinnare formulas licebit perito artifici: fiat autem experientia ſuper ulceribus in partibus externis exquiſiti ſenſûs, antequam hæc remedia indantur urethræ: Atq; hæc ſervetur cautio, ut nunquam uſurpentur mineralia cathæretica aut ſeptica, quamdiu vegetabilia aut animalia prodeſſe poterunt, præſertim in affectionibus quæ carent omni labe venereâ. In cujus præſentia Mercurialia tutò adhibenda ſunt, quæ aliàs (cum Arſenicalibus) aliquam imprimunt cervici veſicæ κακοήθειαν quæ ardorem urinæ immedicabilem relinquit, ut in generoſo * Sabaudo contigit. (Vide verò num potiùs à mala præparatione mineralium, quàm ab eorum eſſentia.) Commiſceri etiam inter ſe poterunt iſta medicamentorum genera juxta agendi indicationes, ut in ſequentibus formulis. A levioribus ſemper incipiendum; ideo in mineralibus à præcipitato vi-

* *Script. Taurin. ad D. River. D. Raconis.*

tro

tro antimonij exedente, ſublimato dulci ſenſim progreſſus fiat ad arſenic. durâ & refractariâ exiſtente carunculâ & mali moris. *Loci* etiam habenda ratio, quippe carunculis uſq; ad urethræ revolutionem pertingentibus validiora ſine noxa, iis quæ ſunt in collo veſicæ nonniſi mitiora applicari poſſunt, vel debent. Dies diem doceat, effectus agenda indicet, & in omnibus videat Operator ut ne quid nimis.

Cathæreticorum formulas meas quaſdam ad Caruncula proximè deſcribam. ℞ fæcum mellis & ſterc. human. duri calcinat. ana ℥ſ. antimonij vitrificat. exedent. ℥iij. tutiæ præparatæ, ſal. Saturni ana ℥ij. alum. uſti ℥j. chartæ combuſtæ ℥jſ. mſ. f. alcohol. *Cathæreticorum formulæ.*

℞ pulv. ſabin. ℥iij. pulv. hermodactyl. ℥ij. ciner. ſabin. caulium, cortic. med. fraxin. ana ℈v. ciner. cancror. marin. oſſ. ſep. mell. ſterc. human. & oſtreorum ana ℥ſ. mſ. f. pulvis.

℞ præcipitat. dulc. ℥j. ciner. ſabin. mell. calcinat. ana ℥iij. vitri antimon. exedent. oſtreorum calcinat. ana ℥ijſ. chart. uſt. ℈iiij. mſ. f. pulvis.

℞ mell. ℔j. calc. viv. ℔ſ. Urantur ſimul & ad ſummum calcinentur. Cape de hac maſſa ℥j. pulv. ſabin. ℥iij. ciner. oſtreorum & cancror. ana ℥ſ. chartæ combuſt. & præp. ℥ijſ. ſal. Saturni ℥iijſ. mſ. f. pulvis.

℞ fæcum mellis calcinat. ℥ſ. cinerum ſabin. ℥j. tutiæ præp. ℥vj. antimon. crudi & vitri ejuſdem ana ℥v. litharg. auri lot. ℥ij ol. myrrh. ℥ſ. ung. popul. q. ſ. ad incorporandum: ducantur in mortar. plumb. ad conſiſtent.

ſtent. linimenti, & in pyxide plumbea ſervetur medicamentum.

℞ ſublimati dulcis ex ſale Saturni vel ex Lunæ foliis elevati ʒſſ. battituræ æris, aurichalci, antimonij exedentis ana ʒij. tutiæ præpar. ʒiij flor. æris ana ʒjſſ. ſal. Saturni ʒvj. mſ. f. alkool.

℞ colcothar. ex diſtillatione ſp. vitrioli reſid. ʒj. ſal. Saturni ʒij. Affuſo aceto digere, exhala, cohoba ter aut quater. Cape de hac materia ʒj. tutiæ præp. ʒiij. Mercur. præcipitat. & ſublim. dulcis ana ʒſſ. mſ. f. alkool.

Baſilic. Chym. 274. Nota (ex Crollio) ſaccharum Saturni omnes Mercurios ſublimatos & corroſivos dulces & innoxios facit, ideóq; in ulceribus corroſivis quæ à ſale proveniunt, præſtans eſt medicamentum. Sicuti etiam in vegetabilibus ſaccharum vulgare acrimoniam & amaritudinem rerum temperat ac corrigit, ita mineralium & Mercurij & arſenici tam in magno quàm in parvo mundo hoc Saturni ſaccharum mitigat ac emendat.

Medicamenti applicatio, viz. cereo

II. Licèt multi proponantur modi *medicamenti applicandi*, ut cum cathetere cavo, cui immiſſus ſtylus *medicamentum* in caruncularn propellatur; cum linteo candelæ cer æ circumvoluto &c. tres tantùm *modi* mihi probantur, omnes cum *cereo*.

1. Primus & optimus, pulveres ſubtiliſſ. volutando cereo inducantur, ita ut adhæreant, ſive punctim ſive per latus tentanda ſit exeſio carunculæ, & indatur bis in die ſine cuſtodia præmiſſis univerſalibus.

2. Cathæ-

2. Cathæreticus pulvis ſive ſepticus emplaſtro exceptus inducatur extremitati vel lateri cerei, & applicetur. Tardior fit corroſio, forſan tutior. Applicatio talis uſurpanda, præſertim cùm uſus incidit validiorum, ut arſenic.

3. Candela cerea ex panno exilino lævi (**Fuſtaine** optima tela) conflata, foramine in extremitate vel latere pertundatur, indatur pulvis ſiccus, unguentum Ægytiacum ad duritiem coctum, & intromittatur, moderando ut artis eſt. Candela fiet validior minúſq; fragilis, ſi per totam longitudinem obvolvatur filo tenui, æquali, forti. Filum iſtud melius eſt linteo quum ad deterſionem & cicatrizationem ventum eſt, eíq; & faciliùs medicamenta adhærent, & candela in magnam molem non excreſcit. Optimæ autem ſunt candelæ ex tela convoluta paratæ, quibus inſit filum multiplex ceratum.

NB. Pulvis excipiatur album. ovi, mucag. ſem. alth. malv. pſyll. cydonior. nenuphar. gumm. pruni, ceraſ. Arabic. extr. in aq. roſ. plantag. ſolani, & inſtar pigmenti applicetur ac ſiccari ſinatur. Apex (vel latus candelæ) ubi eſt exæretic. oblinatur mucag. ſem. cydon. vel gumm. prun. ceraſ. Arabic. in aq. roſ. diſſolut. ad mucag. ſpiſſam, reliqua candela linatur vel oleo vel linimento, ut ung. roſat. Meſuë.

Ad *immittendum corroſivum* ità ut partes ſanas non attingat, & integris viribus deducatur ad carunculam, ſint ad manus *canales* ſive *tubi* argentei diverſæ longitudinis, qui priùs *Tubo immiſſo.*

priùs ad carunculam deducantur, deinde intromittatur candela, quæ eo validior erit præparanda cum filo multo & pulveribus ceræ admixtis, quo tenuior eſt pro ratione profunditatis, vel relinqui poterit in urethra tubulus vel retrahi. Commodiſſimè etiam parabitur tubus ex plumbo, cui ineſt vis curandi & inflammationem arcendi.

Hæc ſit ejus figura, ſi punctim exeſio tentanda ſit.

caruncula.

Hujuſmodi verò, ſi per latus exedendum; apex autem tubuli cæcus cerâ obducatur.

Candelarum præparatio.

Filum interius ſit album, læve, æquale, validum, multiplex, octuplex, decuplex, ita enim fortior erit candela: cujus jam factæ & cerâ tectæ apex poterit in mucronem ſcindi forficibus, ut artis eſt, & vel complanatorio aſſere vel cote in lapide vel ligno lævigari. Vel ſumatur filum ſericeum album: vel pili equinæ caudæ: vel ſetæ pinnæ balænæ, aut pinnæ pars limâ, cultro, vitro adæquata, quæ primò filo circumvoluta tandem telâ tegatur.

Ex corio equino variis in locis Angliæ parantur lora, ſive minores corrigiæ inſtar nervorum quibus conſuunt calceos, aliáq; quæ

ſatis

ſatis firma & dura, cedunt facilè, flectuntur, franguntur nunquam, & in meatu humectantur, inflantur ſicut fides, & canalem dilatant, sicq; faciunt viam urinæ. Vocantur iſta lora ſive nervi valde robuſti **Thongs.**

Ex tela cerata ſola ad craſſitiem convenientem circumvoluta, & optimè lævigata; ſed addendum aliquid quod ceram molliorem reddat & magis ſequacem, ut vel terebinth. vel colophon. vel pic. Burgund. recentis v. g. 3ſs. pro ſingulis ceræ unciis. Optima eſt iſta inventio, in qua nunquam frangitur cereum. Hoc unum procurandum ut ſatis ſit rigidum ad penetrationem. Id poteſt provocari, ſi pulveres aliqui deſiccantes, ut ceruſſæ, minij, lithargyri, plumbi uſti, permiſceantur ceræ antequam tela mixturæ intingatur.

Aliàs obvoluto vel filo, vel ſerico, vel laxo & tantùm pexo, vel obtorto muniendus erit candelæ apex, vel ejuſdem tota longitudo, inducendo deſuper vel penicillo ceram fuſam, vel in eam longo canali ſupra levem ignem contentam & liquatam, cereum ſemel tantùm immergendo, idémq; in aſſere, marmore, aut charta pergamena forti, ut ex pelle aſinina (quales membranæ habentur pro tympanis militaribus) manibus, vel cote, vel læviſſimo aſſere volutando & perfectè adæquando. Id quod inprimis neceſſarium eſt, nè ulla aſperitas parti admodum teneræ creet moleſtiam.

Ad *explorandas caruncul*as in meatu urinario latentes nihil æquè commodum eſt, atq; arundines ſive majores ſive minores Indiæ occidentalis, quæ in genere omnes vocantur ab Indis *Ratan.*

Earum

Earum præſertim medulla interior, flexilis admodum, quæ facillimè in longum finditur adacto cultro, & in tenues dividitur particulas, limâ formandas lævigatoriâ, quibus poſtea circumvolvitur filum ſericum, vel ſtricta faſciola ſeu linea ſeu ſerica, agglutinanda vel glutine vel vernice admodum ſiccatoriâ, quibus bacillis tandem inducenda tela cerata. Et candela ita formanda, ut immittenda extremitas acutior deſinat in mucronem ad faciliorem penetrationem.

Ceræ albæ ad candelas ℥j. admiſcenda eſt *hyeme terebinth.* ℥j. *æſtate* verò ſufficient ℈ij. vel ℥ſs. aliàs enim nimis molles ſunt, nec facilè penetrant, immo retunduntur, ad operationem poſtmodum inutiles. Validiores erunt, ſi plurima habeant fila, parum verò ceræ. Admiſceri poſſunt ad refrigerandum, præcavenda accidentia, & etiam ad majus robur, ceruſſa, minium, lythargyrus, & ſimilia, creta cum ceruſſâ & populeo; in ſumma, juxta indicationes detergendi, incarnandi, exſiccandi, quævis. Periculum eſt ſi candelæ rumpantur, quod facilè contingit, ſi vel nimis parum terebinthinæ recipiant, vel vetuſtæ ſint & ſiccæ: propterea habeantur ſemper recenter paratæ.

NB. Si in paranda tela cerata admiſceatur portio gummi alicujus tenacis, ut *tacamahacæ*, meliùs cohæret, & magis firma eſt candela.

Ut dignoſcatur caruncul æ locus.

Ut *dignoſcatur caruncul æ locus*, ſitne ſuprà, infrà, aut ad latus, candela præparetur cum creta & plumbo albo vel ceruſſa, linatur mucagine,

cagine, indatur, relinquatur per horam; locus ulceris cruentus apparebit, præſertim ſi ante iſtius candelæ exploratricis immiſſionem vel cereo forti, vel cathetere abraſa fuit caruncula, & prolectatus ſanguis ut decet.

NB. Ante candelæ immiſſionem lubricanda eſt pars vel oleo, vel mucilagine quæ vel cereo inducatur, vel per ſyringam in urethram injiciatur ante cerei intromiſſionem. *Pars lubricanda ante candelæ immiſſionem.*

NB. Pro ratione indicationum varii liquores uſurpabuntur ad mucilaginis extractionem. V. g. Si emolliendum, res in aperto eſt, cum ſem. malv. alth. &c. Si refrigerandum, & tollenda inflammatio, ex ſem. pſyllij, cydon. nenuph. cum aqua ſperniolæ, ſucc. plantag. ſolani, &c. Si exedendum, ex iiſdem cum ſucco ſabinæ, vel aqua mellis. Si detergendum, cum ſuccis apii, tabaci, veronic. fœm. Si ſiccandum, cum aq. plantag. infuſion. cortic. granat. balauſt. nuc. cupreſſ. gallarum, aluminis, &c.

Medicamentis cathæreticis candelarum ope rite carunculis applicatis earundem conſumptio vel exeſio tentanda eſt. Sed iiſdem cathæreticis non ſemper utendum eſt. Cùm *exeſione citâ* opus eſt, ℞ rubinor. ſulph. ℥j. olei antimon. ʒij. vel ℥ſs. mſ. Vel oleum arſenici illinatur candelæ cereæ; à quo citra dolorem exedetur caro ſuperflua. Videndum autem ut hoc oleum ſit planè dulce, aliàs facilè vel inflammationem accerſet, vel etiam virulentiam ſuam partibus nobilioribus communicabit. At quia fluidum eſt iſtud oleum, miſceatur *Carunculæ conſumptio.*

miſceatur cum baſilico unguento, vel nutrito ſpiſſo, vel eo minium, ceruſſa, lithargyrum imbuantur, f. paſta, atq; una ex his mixturis indatur cereo perforato, atq; intromittatur.

Si *lentiùs* carunculas conſumere velis, unguento ſeq. utaris. Calcinetur mel (vel ejus fæx) in materiam flavam per quatuor dies: (Pro ℔j. mellis habebis ℥jſſ. cineris.) Optimè lævigetur, & cum ceræ albæ & olei roſati q. ſ. f. unguentum, quo linatur candela, quæ bis vel ter in die intromittatur; atq; ſi totâ nocte detineatur, optimum fuerit.

NB. Pulvis hic multò præſtantior præcipitato, quo paſſim utuntur chirurgi. Vel ℞ pulveris iſtius ℥j. ſtercoris canini albi ſicciſſimi ℥ij. tartar. vini albi ℥ſſ. ſacchar. finiſſim. ℥j. aluminis rochæ uſti, tutiæ ana ℥j. f. pulvis ut alkool: mox ex foliis olivæ recentibus vino albo aſperſis, & plantagine extrahatur ſuccus per prelum. Succi in olla exponantur igni, paulatim addantur pulveres ſemper movendo. Sub finem adde ceræ viridis & unguenti roſ. ana parum, coq. ad conſiſtentiam liquidiorem. Primò f. injectio ex vino albo decoctionis roſar. ſiccar. & plantag. addito pauco lacte muliebri aut caprillo. Tunc candela anteriori ſui parte unguento delibuta, primò ad ignem aliquantulum emollita, ad carunculam uſq; per tubum immittatur. Mutetur mane & ſeró. Vel indatur unguentum foramini exſculpto in apice candelæ, ut artis eſt. Inſtar omnium eſt hoc: ℞ ſabin. in umbra exſiccatæ ℥jſſ. cerati de mucilaginibus ℥ſſ. mſ. Carnem ſine dolore minuit in omni pudendorum morbo.

Sed

Sed non opus eſt ut iſtis diutiùs immoremur: Peritus chirurgus ex cathæreticorum catalogo ac formulis ſuprà in hoc capite contentis, facilè caſui oblato accommodatiora eliget. Ergo ad *ulceris* facti & deterſi *exſiccationem* & *cicatrizationem* pergamus.

Ulceris cicatrizatio.

Hæc ſequentibus optimè peragentur. Lithargyr. minium, ceruſſa ducantur in porphyrite cum ſucc. apii, brunellæ, ſolani, plantag. veronic. aliiſque vulnerariis, præſertim caprifolii, ubi mundificatione opus eſt: ſi ſiccandum, cum ſucc. fol. rubri pyri, burſæ paſtoris, centinod. decocto cortic. balauſt. Siccetur paſta, f. pulvis reſervandus in ampulla optimè clauſa. Pulvis excipiatur tantillo populei unguent. vel alterius, aut axungiæ cum ſuccis vulnerariis præparatæ, f. emplaſtrum: quod etſi ſit durum, calore facilè molleſcit, & candelæ poteſt facillimè induci. Vel pulvis cretæ cum plumbo albo exceptus axungiâ vel ung. popul. inducatur cereo.

Injectio.

Si potiùs *injectionibus* ſiccantibus uti velis, harum materia ſunt aq. ſtillatit. roſ. rubr. plantag. ſolani, ſperm. ranar. aq. aluminoſ. aq. fabrorum ſimplex vel extinctionis lapidis calaminaris, aloe, myrrha, ſarcocolla, album græcum, ſal Saturni, vitriolum album, alumen. E quibus formula talis concinnari poterit. ℞ aq. roſ. rubr. plantag. ſolan. ſperm. ranar. aq. aluminoſ. ana ℥iiij. aloes ſuccotrinæ ℥iij. myrrh. alum. rup. ſarcocoll. ana ℥j. mſ. Infunde per totam noctem ſuper cineribus tepid., mane decantetur limpidum à fæcibus.

NB. In injectionibus quæ ſunt faciendæ in veſicam, vide nè quid adſit quod conglobari ſive coire, & tandem calculi nucleum poſſit formare, cujus leviſſima primordia facile adipiſcuntur incrementum.

Suffitus. Eidem (ſc. ſiccandi) intentioni ſatisfaciunt & *ſuffitus*. V. g. ℞ benzoin. ʒſſ. ſtyrac. calamit. ʒiij. maſtich. ſandarac. ana ʒiijſſ. colophon. terebinth. Cypr. ʒj. cortic. guaiaci, ligni Rhodii ana ʒvj. cinnab. antimon. crud. ana ʒj. carbonis levis ut ſalicis ʒiiij. ʒij. F. omnium pulvis dividendus in partes æqualis ponderis nº xvj. quarum una pro vice inſpergatur ferro ſpiſſo concavo candenti impoſito tegulæ in ſella perforata: Excipiatur fumus divaricatis cruribus, præcluſo omni exitu aſcendenti fumo. Hoc fiat mane horæ quadrante ante *pilularum ſiccantium* ſeqq. aſſumptionem, & paulò ante ingreſſum lecti per octiduum; & pro re nata diutiùs ſemel tantùm in die mane.

Pilulæ. *Pilulæ ſiccantes* ſint tales: ℞ maſtich. colophon. terebinth. Cypr. coctura induiat. ana ʒſſ. oliban. gumm. guaiac. vernicis, gumm. anim. myrrhæ ana ʒij. ſuccin. alb. præp. ℈iiij. camph. ℈ij. croci ℈ijſſ. margarit. mineralis Salæ ʒj. oculorum cancri more vulgari præp. ℈v. Omnia in pulverem impalpabilem redacta excipiantur partibus duabus terebinth. Venet. vel olei abietini, & parte unâ balſami Peruviani, vel balſami de Tolu; f. maſſa pilular. de qua capiat mane & veſperi longe à paſtibus ʒſſ. ℈ij. ʒj. per plures dies pro re nata.

NB.

NB. Ante exactam ulceris poſt exæretici uſum reſtibilis ferruminationem, non eſt celebranda diæta ſudorifica, præſertim vel exhibito decocto calidiore, ut guaiacino, vel admoto calore externo violentiore, qualis eſt qui ſub arcu excitatur ad ſudores promovennos; quippe tota urethra inflammatur cum proſtatis, & ſæpe ſupprimitur urina cum magnis veſicæ doloribus, ut in domino *Luc* contigit, in quo tamen omnia quiete & injectionibus ex lacte & aq. hordei receſſerunt. In hac curatione ne propera, ſed rem venturas differ in horas, & cunctando rem reſtituito. *Nota.*

Ad *ſymptomatum* deniq; *præcautionem & ſedationem* (quæ ſæpiſſimè ſunt dolor graviſſimus, inflammatio, &c.) duo remedia maximi ſunt momenti, *viz.* 1. *Emulſiones* ſem. frig. maj. lactuc. papav. alb. amygd. dulc. extractæ cum aq. hordei, dulcoratæ ſaccharo roſarum, quæ quotidie ſemel atq; iterum, ſi opus eſt, exhibendæ interim dum applicatur exæreticum. Addatur gummi Arabic. in aq. roſar. & plantag. diſſolut. *Symptomatum præcautio & ſedatio.*

2. *Injectiones*, quæ ſecundum indicationum varietatem mutabuntur, & vel lenientes vel refrigerantes & inflammationem arcentes, vel detergentes & ſiccantes & ſarcoticæ præſcribentur.

Nota autem, ſedulò cavendum ab iis quæ ſedimentum faciunt, ut trochiſcis albis Rhaſis, præſertim in ſubjectis calculoſæ diſpoſitioni obnoxiis; aliàs enim coacervatur mucus in veſica, qui poteſt eſſe materia calculi.

Mucilagines ſem. pſyllij & cydoniorum bonæ, dummodo ſint liquidiſſimæ.

Aliàs aquæ ſimplices, ſperm. ranarum, plantag. ſolan. roſ. nenuphar. &c. ſufficient: albumina item ovorum cum ficûs baculo in aquam agitata.

Ad deterſionem hydromel, mel roſatum, ſyr. de roſ. ſiccis, &c.

Sal Saturni, alumen, vitriolum album, ſaccharum cæteráq; diſſolubilia quæ ſalis habent naturam, utiliter diſſolventur in injectionibus.

Alvo aſtrictâ clyſteres refrigerantes & lenientes (admixtis etiam vulnerariis) injiciantur.

CAP.

CAP. VI.

De inveteratæ ſive confirmatæ Luis ſymptomatum graviorum, viz. Ozænæ, faucium *aut* palati ulceris, oſſium (palati, *&c.*) cariei, Nodorum, *&* tinnitus Aurium, *ac* ſurditatis *curatione.*

NB. NON tentanda ſymptomatum horum etiam leviſſimi curatio, niſi curâ Luis generali vel prægreſſa vel comitante: Hâc ergo ſecundùm methodum in Cap. II. deſcriptam rite celebratâ, ſymptomata hæc Topicis ſeqq. à perito chirurgo fugentur.

I. *De Ozæna.*

Detergeatur primò narium ulcus *lotione* ſequenti. ℞ aq. roſar. ℥ß. aq. majoran. & beton. ana ʒiiij. myrrhæ ʒij. Ægyptiaci ʒß. vini Canarin. ʒiij. mellis roſat. ʒij. mſ. Attrahat è vola manûs tepidé. *Lotio.*

Vel ſi non ſolùm mundificare, ſed oſſa etiam putrefacta ſeparare velis, utere *errhino* ſequenti. ℞ fol. betonic. m. j. herb. Roberti, caprifol. ana m. jß. ſummit. majoran. ſalv. roriſmar. ana p. j. flor. herb. paralyſ. leucoij albi, purpurei, flavi ana p. ij. f. omnium decoctio *Errhinum.*

in aq. hordei: Colatura levi coctura redigatur ad ℔j. cui adde vin. de Malaga ℥vj. mellis roſat. colat. ſyr. de roſis ſiccis ana ℥iiij. mſ. pro errhino ſæpiùs in die uſurpando, attrahendo è cochleari vel volâ manûs liquorem tepidum: item turundis mollibus imbutis humectentur ſubinde nares ſiccæ. Ac ſi ferat æger, injiciatur hic liquor in nares per ſyringem.

Aliud. Vel ℞ rad. cyperi, peucedan. ana ℥ſs. Ireos Florent. ℥iij. rad. & ſem. pœon. mar. debito tempore collect. ana ℥ij. fol. betonic. & chamæpit. ana m. jſs. apij, caprifol. ana m. j. roſar. rub. p. ij. ſummitat. roriſmar. & majoran. ana p. jſs. flor. herb. paralyſ. p. iiij. raſur. lign. ſantal. citrin. lign. rhodij ana ℥iij. F. omnium decoctio in ℔iiij. aq. fontan. ad ℔ijſs. conſumptionem: F. colatura, cui adde vini de Malaga, vini albi generoſiſſ. ana ℥iiij. ſyr. de roſ. ſicc. mellis roſat. colat. ana ℥ij. mſ. pro *errhino (catagmatico)* uſurpando ter quatérve in die tepidé.

Aliud. Si naſus & partes vicinæ *tumeant* ac *inflammentur*, ℞ fol. tapſ. barbat. ulmar. card. bened. veron. beton. ana m. j. roſ. rub. p. iij. lign. guaiac. rhod. ſaſſaf. ana ℥ij. hord. integr. p. ij. F. decoctio in ℔iij. aq. fontan. ad ℔j. conſumption. Colaturæ adde vini clareti boni ℔ſs. ſyr. de roſ. ſicc. mellis roſat. colat. (caprifolii) ana ℥iij. myrrhæ in vino diſſolvend. ℥ſs. mſ. pro *errhino* bis térve in die uſurpando, ter quatérve quâvis vice tepidé. Externè verò adhibeatur *fotus* ſeq. ℞ aq. ſtillatit. tapſi barbat. card. benedict. roſar. ana ℥iiij. aceti roſar.

Fotus.

roſar. & ſambucin. ana ℥ſſ. trochiſc.alb. Rhaſis ℥ſſ. mſ. Intinge multiplex linteum applicand. tepidé. Vel ℞ rad. cicutæ & hyoſcyam. ſicc. ana ℥ſſ. radic. alth. ℥vj. raſuræ ligni ſancti & cortic. ejuſdem ana ℥iijſſ. antimon. crudi, cinnab. calomel. ana ℥j. Ex omnibus pulverizatis fiant ſacculi cum ſindone molli interbaſtati. Decoq. in aq. addendo quartam partem ſp. vini. F. *fotus*, applicatione chartæ ad partem affectam.

Si naribus inſit cruſtoſa ſcabies, utere *Nutrito* ſeq. ℞ litharg. auri loti ℥ij. aceti roſ. opt. ℥vj. Bulliant donec reſtent aceti per chartam emporeticam colati ℥ij. Hæc colatura ſucceſſivè miſceatur cum olei nucum recenter ſine igne expreſſi, unguenti roſati Meſue ana ℥j. F. Nutritum ad uſum, indendum vel penicillo vel turunda molli. *Nutritum.*

Ad *incarnandum* & *ſanandum* ulcus mel ſequens applicetur. ℞ ſucci beton. ℥j. ſucci ſcrofular. maj. ℥iiij. ſucci caprifol. & brunell. ana ℥ij. mellis roſat.colat. ℥iij. ſacchar. albiſſ. ℥iiij. mſ. Coq. ad conſiſtentiam mellis. Poſt lotionem cum præcedentium errhinorum quolibet, attrahatur aliquid hujus *mellaginis* in nares, quod ratione lentoris parti adhæreat. *Mellago.*

Suffitus ſequens haud levem opem feret in ulcere (non narium modò, ſed etiam palati vel gutturis) exſiccando ac ſanando. ℞ maſtich. oliban. ſandarac. benzoin. ſuccin. ana ℥j. fol. tuſſilag. ſicc. ℥iij. cinnab. ℥j. F. omnium pulvis ſubtiliſſ. excipiend. q. ſ. terebinth. Venetæ, ſ. paſta, ex qua formentur trochiſci æqualis ponderis n° 16. inſtillando ſingulis olei *Suffitus.*

ſalviæ & roriſmarin. ſtillatit. ana gutt. j. Excitetur fumus ex uno trochiſco excipiendus per tubum & infundibulum, ore continendus aliquandiu & per nares reddendus. F. ſemel vel bis in die: atq; ſingulis vicibus paſtillus unus abſumatur.

Si partes ab hoc ſuffitu, ſcilicet ob ſuccin. cæteráſq; reſinas, & terebinth. imprimis nimis incaleſcant, utere ſequenti. ℞ cinnab. ℥j. carbonis ſalicis ℥ij. benzoin. ℥ſ℈. ſandarac. maſtich. ana ℥ij. F. pulvis ſubtiliſſimus dividendus in 16. partes æqual. pond. quarum ſingulæ in ſingulis chartulis ſerventur ad uſum: Una chartula ſit pro uno ſuffitu, qui tum pluribus vicibus candenti laminæ inſpergendo excitetur. Aperiatur os ſupra fumum, & eo repletum per nares evacuetur.

II. *De ulcere faucium*, vel *palati.*

In *faucium* vel *palati ulceribus* eadem valent remedia, quæ Ozænam curant, (Errhinis in Gargariſmos mutatis:) Quibus hoc ſolùm addam. ℞ rad. Ir. Flor. ℥j. raſur. buxi, lign. rhod. ſaſſafr. ſine cortic. ana ℥ſ℈. fol. beton. veron. mar. ſcrofular. maj. buglæ, ſcabioſ. ana m. j. garyophyllat. totius m. ij. ſalv. majoran. ana m. ſ℈. caryophyl. macis ana ℥j. F. omnium decoctio in hydromelitis ℔v. ad ℔ij. conſumption. F. colatura, in qua diſſolv. ſyr. de roſ. ſicc. ℥vj. mſ. pro collutione oris (vel etiam errhino.)

"*Conſilium* veruntamen Authoris noſtri e-
"loquentiſſimi ſubdam, à neſcio quo petitum,
"communi-

"communicatum verò die 26. Decembris,
"ann. 1629.

Videris (Vir excellentiſſime) in tuis ad me datis, non tam meum poſcere conſilium de curatione ulceris ſereniſſimum tuum ægrum affligentis (quod malum jam declinare non ſine manifeſta ſpe omnimodæ convaleſcentiæ autumas) quàm reſponſionem ad quæſita quatuor, partim in chirurgi nimis hercle negotioſi & præpoſterè audacis objurgatione digniſſimi accuſationem; partim in Principis noxio Tabaci fumo fauces uſtulantis, cerebrum malè mulctantis,& ſubjectas partes jugi humorum acrium colliquatione ultrò fatigantis, cenſuram; partim in medici irrito labore bona & ſalutaria ſuadentis, commendationem. Etſi præ curationis methodo, inſtrumentis ſeu mediis levia hæc ſint, faciam tibi ſatis, cui in præſenti (ut in alia quavis) occaſione aliquid denegare inhoneſtum duco.

Miſeram, longo annorum decurſu, in aulis Principum tritorum, experientia me docuit, eſſe medicorum Magnatibus famulantium conditionem, quos utplurimum portat Equus, alit Rex, ut fulgori conſuetudinis & ordini Domûs ſatisfiat, potiùs quàm ut vel tempeſtivè petatur; vel ut ratio jubet, audiatur & obſervetur ipſorum conſilium. Si quid bene ſuccedat, tribuitur Numini; ſi malè, Arti inuritur macula. Si morbi perenniores ſint, vel errorum contra leges Medicas commiſſorum Domini pœnas luant, confeſtim advocantur ab Aulicis, obtruduntur à familia, admittuntur ab ægris Agyrtæ, Circulatores,

Anus,

Anus, quiſquis uno verbo vel Vatem ſe, vel Medicum dixerit. Et ſolent iſti Tenebriones audaciter ſua jactare, quibus ſine arte datis vel adhibitis, ſi circa morborum declinationem faverit ab aliis cauſis dependens eventus, accuſantur Medici, cum laudis, propter ante acta debitæ, & famæ ipſius jactura. Hac in re haud ulla malorum nova mihi facies inopináve ſurgit: quorum unicum lenimentum eſt iſtorum diverticulorum neglectus, & intrepida in via regia perrectio.

Notus eſt mihi Chirurgus ille Gallus, non ignarus artis ſuæ; ejus tamen improbo proceſſum, quòd vobis inconſultis auſus ſit perſonæ Principi imponere manus. Apud Reges bene qui latuit, bene vixit, atq; ipſis tutiſſima remedia præſcribenda ſunt; Teſte Galeno, qui Imperatori attritione ſtomachi laboranti, vinum ſaltem cum pipere exhibere verebatur. Sed ut reprehendenda Chirurgi ambitione prurientis inconſulta gloriola, ſic accuſanda Domini & Dominæ novitatis avidorum eluſa, ut ſcribis in remediorum ſucceſſu, credulitas.

Quod ad remedii ſpeciem, certum eſt adſtringentia, oris & faucium (partium præhumidarum) ulceribus, iis deterſis & ablatis internis cauſis, nequaquam eſſe noxia; ſed temporibus idoneis & in debito gradu, quippe in iis graviter peccari poſſe, Pitholaum Commodi inflammatione faucium laborantis Tutorem docuit Galenus. Maligna ulcera minùs admittunt adſtrictionem, niſi ea ſit alexeteriæ vi conjuncta, quæ malignitatem extinguere valeat.

valeat. Vos qui mali præſentis conditionem ad unguem nôſſe debetis, quid & quantum in præſcriptis peccatum fuerit, ſat ſcitis.

De *ſulphuris fumo* edico, Satius fore ſi ab eo æger abſtineat, cujus nidor cerebrum irritat, pulmones pungit, partem affectam vellicat præ acrimonia inutili, niſi admixtum fuerit remedium quod parvam noxam maximâ utilitate compenſet. Quotidie (poſt univerſalia, quæ à medicis rationalibus nunquam omitti debent) in refractariis faucium ulceribus utor cinnabaris fumo ore hiante prudenter & moderate excepto, ut a. e. feliciſſimo ſucceſſu; in quo medicamine non tanti facio ſulphur quàm Mercurium ubiq; (ſi à peritis tractetur) mirabilem. Levior eſt (efficax tamen) ſuccini fumus ad ſiſtendum catarrhum, & ſiccandas cerebri appendices per infundibulum exceptus.

Valeat *tabaco*, ſi non in perpetuum (quod eſſet optandum) ſaltem donec abſoluta fuerit tota iſtius curationis hiſtoria: quippe per partem affectam ducere, atq; in ulcus (quod ſolâ exſiccatione ſaneſcere poteſt) excrementorum colluviem attrahere piaculum eſt.

Deniq; ut Medico officio ſuo ex arte & debitè fungenti debitum perhibeatur teſtimonium, violentum *venationis* exercitium, in quo citra tempeſtatis delectum prædæ inhians animus corpus duriùs tractat, ejúſq; ſecuritati parùm planè aut non conſulit, Domino nocuiſſe, & donec perfectè convaluerit, brumali præſertim tempore nociturum pronuncio.

Hìc

Hîc ſiſterem gradum (Vir excellentiſſime) niſi aliquid inſinuare juberet de morbo (licèt mihi tantùm per nebulam noto) id quod ſereniſſimæ Dominæ cum meipſo toto vovi, obſequium. Utinam aliquid de cauſis aut notis aut ſuſpectis fuſiùs ſcripſiſſes aut apertiús. Per duos jam menſes & ultrà perſeverat ulcus pertinax, quod remedia vulgaria eludit, licèt ab artis peritis adminiſtrata. Malignitatem inſuſurras cum Doctore Valentio, quæ qualitas utplurimum imò propriè aliquid formale inexplicabile præſupponit: Neq; enim credo, ſolam humorum putredinem, cujus qualitates manifeſtæ ſint calor, acrimonia, amaritudo, ſalſedo, hoc nomine debere compellari. Nôſti venena in corporibus noſtris generari, nôſti aliunde accedere: Morborum mali moris ſegetem percurrito, & quod cèrtius credideris, ſi volueris, ſcribito, reſponſum liberum & candidum paulò pòſt à me accepturus. Interim nè remediorum catarrhum debellare, ieroſam colluviem, per venoſum genus fluctuantem, exhaurire, & ulcus exſiccare valentium, (quæ velut πολύχρηστα variis cauſis morbificis ex æquo adverſentur) inops ſit hujus mei ſcripti ultima pagina, *Velim*, bene purgari caput pilulis ſatìs validè trahentibus (quales ſunt cochiæ minores dictæ) vel apozemate in quo (unà cum ſimplicibus partes mandantes & recipientes reſpicientibus) coquatur, præter cætera cathartica, rad. ellebori nigri; hoc remedium iteratis vicibus propinari; ſanguinem, ſi opus fuerit, ex utroq; brachio primò, deinde

deinde ex venis ſublingualibus ſatis copioſum mitti; inſtitui diætam ſudorificam ex ſarſa, china & pauco guaiaco, ac ſudores per plures dies conſequentes mane provocari, interpoſitis iis quæ alvum lubricam ſervent: Toto diætæ tempore obſervari exactam victûs legem, ſiccantem quidem, ſed non nimis calefacientem: propinari decoctum ſecundarium: Inprimis autem Dominum domi manere toto ſudorum tempore, neq; ullo modo committere ſe injuriæ vel inclementiæ aëris ambientis. Optandum eſſet ſolis remediis internis exſiccari poſſe ulcus, quorum actionem decoct. ſarſæparill. guaiaci, ſcabioſ. prunell. glycyrrhiz. hordei, addito ſyr. de roſ. ſiccis, promovere poterit, ſi fauces hoc liquore immiſſo ſyphone colluantur. Quodſi recalcitret pertinax malum, majora forſan erunt uſurpanda, de quibus ſuo tempore. Ex topicis in rebelli affectu efficaciſſima ſunt; ſi oculis & inſtrumento pateat ulcus, lotio levis cum aqua aluminoſa magiſtrali Fallopii temperata. Si ſit in profundo, vel etiam ſi cerni poſſit & ubicunq; ſit ambulatione aut callo teſtetur malitiam, ſuffitus ille ex cinnabari prædictus, in quo (dummodo parcè & ſuſpensâ manu interpolatis diebus adminiſtretur) planè nihil eſt pertimeſcendum. Majori cum periculo, maximâ tamen cum utilitate in certis pulmonum morbis hauritur fumus auripigmenti ex Dioſcoridis præcepto. At Principes utplurimum, dum Medici calumniam metuentes trepidant & notis atq; vernaculis armis dimicare non audent, ... vel non curantur, vel

occumbant.

occumbunt. Omnipotens Deus Domino valetudinem reſtituat, tibi verò Εὐχαίρειαν καὶ Εὐπράξιαν. *Vale.*

Principis medicorum per Europam, quem urbanitas tua mihi tribuit titulum, abſit ut mihi arrogem. Mecum habito, & novi quàm ſit mihi curta ſupellex: Quæſo ſi me impoſterum literis tuis digneris, apage bullatas illas (quod pace tuâ dixerim) nugas, quibus paſcantur Aulæ chamæleontes, non ego: Satis eſt ſi *Amicum* nuncupaveris eum qui

Dat. *Lond.* die 26. *Decemb.* 1629. Tibi addictiſſimus vivit,

The. Mayerne.

III. *De Oſſium carie.*

Ubicunq; oſſa *carie* ſunt affecta, pars corrupta à ſanâ ſeparanda eſt.

Partis carioſæ ſeparatio.

Ad hanc *ſeparationem* facient camphora diſſoluta in oleo caryophyllorum, balſamum ſulphuris cum oleo terebinthinæ, &c.

Catagmatica ſimpliciora oſſium exfoliationem procurantia ſunt Peucedani radix ſicca in farinam trita, Iridis communis radix, ariſtolochiæ rotundæ radix, bryoniæ radix, opopanax, pulvis oſtreorum &c. combuſtorum, ol. ſulphuris. Euphorbium omnium optimum, Dioſcorid. Ol. caryophyll. ℥ſs. caphur. ʒij. Paræus.

℞ ſulph. citrin. ℔ſs. Liquefac in olla igne lento: Liquato adde ℔ſs. tartari calcinati,

ti, agitando ſemper donec omnia refrixerint: Solvitur in humido in aquam, quâ oſſa carioſa & corrupta tangantur, & humectentur; ita ſeparabitur caries.

Ulcera (palati v. g.) tangantur melle ſupernatante unguento Ægyptiaco. Vel utendum aquâ aluminosâ magiſtrali Fallopii, temperatâ duplo aut triplo aquæ roſarum; quâ ulcus detergebitur, ac os carioſum faciliùs ſeparabitur.

Si palati oſſa adeò carioſa ſint, ut metus ſit ne decidant, *laminæ* ſeqq. *catagmaticæ* palato applicentur. ℞ maſtich. pellucid. pulver. ℥j. Emolliatur in optimo vini ſpiritu: adde olibani, ſandarac. gumm. guaiac. naturalis, ſang. draconis, Ir. Flor. myrrh. C. C. ad albed. calcinat. ſuccini præp. ana ℥j. mſ. f. paſta, ex qua lamellæ, quibus continuò tectum teneatur palatum, & ſi excreando exciderint, renoventur. Si harum lamellarum ope oſſium exfoliationem promovere velis, adde pro ℥ſs. (v. g.) pulver. rad. peucedani, ariſtoloch. rotund. ana ℥ſs. caryophyll ℈ij. mſ. *Laminæ catagmaticæ.*

IV. *De Nodis.*

Tubercula aliquando oſſibus, præſertim artuum & capitis, adnaſcuntur, à materia quadam viſcida, pituitoſa, ſalſa, malignitate Venereâ imbuta, quæ tractu temporis per tenuioris portionis diſſipationem induratur, & in lapideum tophum concreſcit. Aliquando excalefacta ſummam acquirit acrimoniam, quæ os ipſum aggreditur, & carie exedit. Utplurimum *Nodorum origo.*

rimum, ſi non ſemper, congeritur inter os & perioſteum, quod ſensûs exquiſitiſſimi diſtentum vim patitur, & vellicatum dolet. Num ſuccus iſte malignus ab alimento oſſium ipſorum in aſſimilatione ſegregatum veluti ſcoria ab excretrice facultate in partis ſolidæ ſuperficiem amandatur?

Aliquando ipſorum oſſium ſubſtantia peſſimo humore imbuta emollitur, dilatatur, & in tumores attollitur, præſertim ad ἐπιφύσεις quæ ſpongioſæ ſunt: licèt & in tibia, & in capite, & in coſtis ſæpiùs iſtos oſſium inflatorum tumores obſervaverim. Tubercula adnaſcentia curabilia ſunt emollitione & diſſipatione per remedia alexeteria, potiſſimùm Mercurialia, quæ cæteris manifeſtâ qualitate agentibus ſemper admiſcenda ſunt. Oſſium tumores poſt vitiatam conformationem incurabiles ſunt, nec unquam partes poſſunt ad priſtinum ſtatum reduci. Attamen curantur ægri extincto veneno ſiphylico, & ſublatis doloribus, licèt per totam vitam reſtibilis ſit partium deformitas.

Narcotica etiamſi frigida cenſeantur ab omnibus, attamen & viſcerum, ut lienis & hepatis, & ipſorum oſſium duritiem potenter emolliunt. Mandragoræ radix ebur emollire fertur, quæ ſi ſenis horis cum eo decocta ſit, ad accipiendam quam effingere optaveris formam ipſum facile reddit. Dioſcor. lib. 4. cap. 65.

Relatum mihi à quodam mercatore Turcarum commercio utente Monſpelij, Lupiam ſive Ganglion ſatis amplæ magnitudinis in fronte

fronte evanuiſſe applicatione ſæpiùs iteratâ pomorum Mandragoræ per medium ſectorum.

His poſitis, ut poſt adminiſtrationem univerſalium remediorum virulentiam Veneream extinguentium, commodè topicis diſſolvantur tophi nondum oſſei facti, habitâ ratione morbi, ſubjecti ægri & partis affectæ, convenientiſſima erunt ſequentia, ex quibus ſeligat Medicus (vel Chirurgus) ea quæ in rem præſentem commodiſſima & maximè neceſſaria eſſe videbuntur.

℞ rad. alth. lil. alb. ebuli, cortic. med. ulmi ana ℥iij. radicum cicutæ, hyoſcyami, bryoniæ utriuſq; ana ℥iiij. raſuræ guaiaci, buxi, ligni rhodij, cyclam. cucum. aſinin. turbith, hermodact. ana ℥ij. rad. elleb. utriuſq; pom. colocynth. ana ℥j. fol. eupator. utr. tabaci Indici, cupreſſi, coſti hortenſis, chamæmel. ana m. ij. ſem. lini, fœnugr. cumin. ana ℥jſ℈. baccar. laur. & junip. ana ʒx. F. ſacculi plures pro ratione mali, qui decoquantur in lixivio ex cineribus ſtipitum caulium vel fabarum: addatur quarta pars vini albi generoſ. & tantundem urinæ pueri. F. *fotus* longus partibus affectis calidè per horam unam & alteram bis in die. *Fotus emolliens diſcutiens.*

Urina plurimum habet ſalis ammoniaci ſive volatilis, imò ferè tota in ſalem certo artificio convertitur. Penetrantiſſima eſt iſtius ſalis facultas, éſtq; ad attenuandas & diſſipandas congelatas materias aptiſſimus. Ideo utiliter incoquuntur urinæ ea quæ ad rem faciunt ſimplicia, V. g. ℞ rad. bryoniæ, ſigilli B.

Mariæ, raphan. ruſtican. ana ℥ij. cyclam. cucum. aſinin. ana ℥jſß. raſuræ ligni ſancti & corticis ejuſdem ana ℥j. foliorum tabaci Indici m. ij. ſcordij, hyoſcyami Peruviani ſive tabaci fœmin. cicutæ totius ana m. jſß. F. decoctio in urina pro fotu uſurpando ſæpe, diu quâvis vice, & per plurimos dies calidé.

Sacculus ex Merc. d. *Sacculus ex Merc. dulc.* interſutus, optimo vini ſp. humectatus applicetur tophis calidè, ſuperponatur veſica bubula duplex, & idonea faſcia injiciatur. Renovetur iſta applicatio antequam remedium planè exaruerit, quater aut quinquies in die. Maxima eſt iſtius medicamenti vis, ut ego ſæpiſſimè expertus ſum. Quoniam autem incommoda eſt pulveris ſolius, præ pondere & ſiccitate minùs tractabilis, applicatio, poterit admiſceri farina aliqua ad rem faciens, ſive pulvis ſubtilis lentorem habens, quo ſpiritu Vini humectato totum ve-

vel paſta. luti in *paſtam* redactum faciliùs contineatur & magìs appoſitè applicetur. V. g. ℞ merc. d. ℥iiij. farinæ ſem. lini & fœnugræci ana ℥iij. pulv. rad. alth. cicutæ, hermodactyl. ana ℥ij. Miſceantur & f. paſta cum ſp. vini, quæ extendatur ſuper veſica duplici, tegatur linteo rariſſimo aſſuendo veſicæ (ut fit in applicando Veſicatorio ex cantharidibus) apponatur parti affectæ, & ut dictum eſt, ſæpiùs humectetur.

Arſenicum. *Arſenici* potens eſt effectus in tumorum diſcuſſione, ſed oportet ut apprimè ferox remedium cicuretur. ℞ ol. arſenici ℥j. butyri Maialis ℥j. mſ. Illinatur prudenter pars tumens, priùs emollita idoneis præſidiis. Primò rubeſcet

rubeſcet locus, deinde excitabuntur puſtulæ, quæ pus quamdiu volueris, repetitâ ſæpius unctione, fundent. Vel ℞ cryſtallorum arſenici ſimplicium ʒſs. vel eorundem dulcium (i.e. cum terra foliata tartari cryſtallizatorum) ʒj. butyri Maialis ℥j. mſ. & utere ut ſuprá. Si multum operetur medicamentum, interponantur duo vel tres dies.

Vide de vitro Arſenici per Saturnum præparato, quod acrimoniâ caret, & tamen valde penetrat. Item de corallo Arſenici cum floribus ſulphuris ſublimati, ipſiúſq; parte in fundo vaſis reſtibili inſtar croci metallorum.

NB. Arſenicum licèt nihil agere videatur primò, attamen nunquam irrito labore applicatur.

Cataplaſma ſequens potens eſt. ℞ ſterc. vaccini recentis ʒiiij. ſtercoris caprini, ovilli ana ℥iij. ſterc. columbin. ʒij. pulv. rad. alth. cicut. hyoſcyam. bryoniæ utriuſq; ana ʒijſs. turbith, hermodact. fol. cupreſſi ana ʒjſs. florum chamæmel. herb. tabaci, ſcordij, hyperic. centaur. min. ana ʒj. ſem. fœnugr. cumini ana ʒx. gumm. ammon. in ſucco cicut. diſſolut. ʒxv. fæcum vini generoſ. mellis crudi ana ℥v. Pulveranda pulverizentur ſubtiliſſimè, & cum cæteris miſceantur, additâ ſ. q. optimi ſpiritûs vini, f. *cataplaſma* applicand. calidè, & renovand. bis in die. *Cataplaſma.*

Vel ℞ rad. ſigill. Mariæ crud. axung. porci ana ℥iiij. croci ℈j. f. *Cataplaſma.*

Haud ſcio, an ullum hoc vernaculo & euporiſto cataplaſmate, quod è ſigilli & axungiæ porci paribus ſit portionibus, inveniri

poſſit in venereis & aliis frigidis tumoribus induratis efficacius.

Linimentum. ℞ medull. crur. vituli liquatæ & depurat. ℥ij. olei emollient. ex colubris, viperis, & bufonibus ℥iij. axung. human. ſpermat. ceti recent. ana ℥jſs. camphor. ℥ſs. ſtyrac. liquid. ℥iij. mercur. crud. ℥ij. mſ. & ex arte f. *linimentum* quo tophi ungantur bis in die per horæ quadrantem, diu multúmq; manu calefactà fricando, donec pars medicamentum imbiberit.

Emplaſtrum. Hoc *emplaſtrum* pro D. de Meun præſcripſi olim Pariſiis, cujus effectus fuit in ipſo aliiſq; plurimis præſtantiſſimus. ℞ maſſæ emplaſtri de ranis Vigonis quadruplicato Mercurio ℥iij. rad. ſigill. B. Mariæ ſicc. ℥ſs. cinnabaris ℥iij. croci ℥jſs. camphoræ ℥ij. opij ℥j. ol. nuc. moſchat. & ceræ parum, mſ. f. *emplaſtrum.* Solet excitare puſtulas, quæ aliquando pus, aliquando ichorem plurimum fundunt, atq; ita evaneſcunt tumores.

Aliud. *Emplaſtrum ad tophos magiſtrale.* ℞ maſſ. empl. de ſapone cum Mercurio præcipitato, empl. de ranis Vigonis quadrupl. Merc. ana ℥xij. gumm. ammon. in ſucco cicutæ diſſolut. & inſpiſſat. ℥vj. galban. itidem in aceto præp. ℥iiij. camph. ℥ij. picis Burgund. in vino generoſ. coct. & traject. ℥v. axung. viperæ vel (ſi deſit) colubri ℥iij. terebinth. Venet. ſtyrac. liquid. ana ℥jſs. petrolei, olei ſpicæ ana ℥j. pulv. ſubtiliſſ. rad. cyclam. hermod. raphan. ruſtic. elleb. utriuſq; ſigill. B. Mariæ, fæcularum bryoniæ & ari ana ℥vj. ſcordij, tabaci, perſicar. feræ, rutæ, ſabinæ, fol. cupreſſ. ſem.

ſem. cumin. ana ʒiſ. [illegible]
præp. amalgamatis Saturni & Merc. ana ʒiij. cinnab. calomel. ana ʒij. vitri antimon. exed. ſulph. aurati diaphor. croci metall. Mercurij anodyni ana ʒj. mſ. & ex arte fac emplaſtrum, pro ejus conſiſtentia augendo quantitatem terebinth. & ſtyrac. liquid. vel addendo ceram novam.

℞ *empl. de ſapone* dicti, & Vigonis quadrupl. Merc. ana ʒxij. gumm. ammon. diſſolut. in ſucco cicut. & inſpiſſ. ʒviij. picis Burgund. ʒvj. camph. ʒij. terebinth. ſtyrac. liquid. ana ʒjſs. petrol. ol. ſpic. ana ʒvj. pulv. ſubtiliſſ. tabaci veri, rutæ, rad. ſigill. B. M. raphan. ruſtican. hermodact. elleb. albi ana ʒj. lapid. pyrit. præp. amalgamatis Saturn. & Merc. ana ʒiiij. croci metall. calomel. vel *Merc. anodyn.* ana ʒij. mſ. fac ut ſuprà *emplaſtrum.* *Compendium.*

Empl. de ſapone. ℞ ſapon. Venet. duri, vel ejus defectu communis (dict. *Caſtle-ſoap*) ʒxij. olei nucum, olei lini ana ʒxvj. camph. ʒij. minij, plumbi albi, litharg. auri loti ana ʒviij. mann. Mercurij (i. e. præcipitati per muriam præparati) ʒiiij. mſ. f. empl. ex arte.

Mercurius anodynus. ℞ merc. communi modo ſublimat. ſine arſenico ʒj. Tamdiu cohoba cum aqua forti ex nitro & vitriolo ſæpiùs affuſa, donec olei inſtar in fundo maneat & in frigido cryſtallizetur. Cryſtallos ſpiritu vini ſolve, & denuo ſpiritum in B. M. abſtrahe ad ſiccitatem.

"Si minùs arrideant hæ formulæ, ſubne-
"ctam *materiam* ad emplaſtra emollientia &
"diſcutientia ab Authore noſtro congeſtam, e

quivis concin-
" qua fpreerlt.

Materia ad empl. Empl. de ſapone, diachyl. album, de ranis cum Merc. diaſulphur Rulandi, gumm. ammon. in ſuccis hyoſcyam. cicut. mandragoræ diſſolut. & inſpiſſat. caranna, tacamahac. ladanum, gumm. elemi, caſtoreum, pix Burgund. ſtyrax. liquid. hepar ſulph. cum ol. lini, vel rubin. ſulph. cum ol. terebinth.& ol. ſpic. petrol. ol. ceræ, ol. guaiaci, axung. viper. medullæ, axung. human. camphora. Arſenicum fixatum cum nitro. Opium, ſcordium, tabaco, perſicaria, ruta, ariſtol. raphan.ruſtican. valeriana, ſabina, cumin. rad. cucum. aſinin. rad. cyclam. hermodact. turbith, bryon. ſigill. B. M. elleb. utriuſq;, ari fæculæ, ſcammon. crocus, ſem. napi, erucæ, naſturtij, ſinapi, lapis pyrites præp. cum aceto. Amalgama ex parte una Saturni & tribus Merc. crudi. Cinnab. calomel. præcipitatum album, crocus metallorum, ſulph. antimon. vitrum antimon. exedens.

V. *De tinnitu Aurium*, & *ſurditate.*

NB. *Aurium tinnitus* & *ſurditas* confirmata quæ à lue Venerea habent originem, difficillimæ ſunt curationis, & utplurimum impoſſibilis. Vide Fallopium, qui aſſerit, ſe omnium primum *tinnitum Venereum* obſervâſſe, ut ego credo ante me Authorem *Colicum dolorem Venereum* annotâſſe neminem. Perdifficile (inquam) eſt curatu malum *aurium tinnitus* (vel ſurditas) à lue Venerea, ratione ſtricti & anfractuoſi

fractuoſi organi, cui ſemel impactum venenum, non niſi magno cum labore deleri poteſt, ſemélq; infectus implantatus aër difficillimè repurgari. Spes tamen eſt, ſi non inveteratus ſit affectus, & inæqualiter ſæviat hoc ſymptoma, v. g. mane ſit levius, & noctu invaleſcat.

Ad hoc ſymptoma fugandum, ſtrenuè purgandum totum corpus, ejúſq; regiones ſingulæ. *Purgatio* neceſſaria eſt ex Aphor. *Surditatem alvi profluvium bilioſum ſuperveniens tollit.* Quod etſi de ſurditate in febribus continuis dicatur, attamen denotat hunc humorum contrarium motum eſſe idoneum ſurditati remedium. Poſt repurgatas exactiſſimè ſingulas corporis regiones, cerebrum peculiariter evacuetur. *Purgatio.*

Poſtea ne omittantur ea quæ caput & cerebrum roborare valent; item topica aurium.

Quodſi aliquid veneni ſiphylici ſuperſit, *ſalivatio* inſtituenda eſt, vel Mercurio lunari, vel calomelanico, vel ſuffumigio ſeq. excitanda. *Salivatio.*

℞ antimon. crudi, cinnab. vulgar. vel ſi habeatur cinnab. antimon. ana ʒj. ſtyrac. calamit. benzoin. gumm. guaiac. oliban. ana ℈viij. caryophyll. ligni rhod. lign. junip. odorat. flor. calend. ana ℈iiij. mſ. f. pulvis ſubtiliſſ. dividend. in 8. partes æquales pro totidem ſuffitibus, excipiendus ſub conopæo, exertâ facie, ex lamina candente, ut artis eſt; ſervatis virium cautionibus, & habitâ ratione effectûs remedij. Siquid ingruat cordi noxium, dentur cardiaca, ut El. de ovo, pulvis Saxo- *Suffumigium.*

nicus cum conſerv. refrig. & cardiac. v. g. è flor. bugloſſ. vetonic. rubr. &c. Diu foveatur oris fluxus vel iterato per vices fumo, vel applicato nuchæ & collo ſeq. emplaſtro. ℞ maſſ. empl. diachalcit. & nigri Ducis ana ℥iij. ſparadrap. ℥ij. Merc. crudi pauco balſamo Peruviano extincti ℥iij. mſ. f. emplaſtrum, tertio quoq; die mutand.

Pilulæ purgantes. Sin venenum ſiphylicum abeſſe videatur (prægreſſis medendi methodis probè extinctum) ægrum pil. ſeqq. ſæpiùs purgare ſufficiet. ℞ maſſ. pil. cephal. Galeni, vel pil. coch. min. ℈j. calomel. ℈j. fol. auri n° vj. ol. aniſi gutt. ij. mſ. f. doſis exhibenda manè horis tribus ante juſculum.

Balneum. Utrum verò per alvum, an per ptyaliſmum evacuetur, primò *balneum* aquæ dulcis ineat per triduum ſaltem.

Decoctum ſudorif. Poſt purgationem per alvum, vel ptyaliſmum, utatur *decocto ſudorifico* ſeq. ℞ raſur. lign. ſancti interior. nigerr. ℥iiij. cortic. ejuſdem viridis ℥ij. ſarſæparill. raſur. buxi ana ℥iiij. rad. petaſit. bardan. valerian. maj. ana ℥ij. viſci quercini, rad. pœon. maris, raſur. cranij viri non ſepulti ana ℥iij. fol. betonic. veronic. maris, chamæpit. hyperic. ana m. iij. flor. primul. veris & calend. ana p. viij. ſummit. anth. flor. ſtœchad. Arab. ana p. ij. ſem. card. bened. raſur. C. C. primarij recentis ana ℥ij. Conciſa omnia & debito modo præparata irrorentur vino Rhenano, mox pon. in vaſ. fictili vitr. idoneo, & affund. aq. card. bened. ulmar. betonic. ana ℔jſs. aq. cichor. & fumar. ana ℔ſs. F. maceratio ſuper cineribus tepidis

tepidis vaſe probè clauſo, vel in B. M. per hor. xij. mox decoctio lenta ad medias, vaſe etiam clauſo. F. expreſſio fortis pro 8. doſ. quarum ſingulæ ſint ℥v. bis in die ſumend. mane quidem provocando ſudores ſub arcu, & horis quatuor à prandio.

Ante hauſtum decocti matutinum ſum. *bolum diaphoreticum* ſeq. ℞ confect. Alkerm. ℈j. elect. viperin. ℥ſs. C. C. ad albed. uſti, pulv. rad. valerianæ majoris ana ℈j. diaphoret. Hartman. gr. xv. mſ. f. bolus. *Bolus diaphoret.*

Victus ſit tenuis & ſiccans, veſcatur aſſis, prunis, paſſulis, amygd. *Potus ordinarius* eſto decoctum ſeq. ℞ ſarſæparill. ℥iiij. chin. ℥ij. ſaſſafr. ℥j. raſur. C. C. & eboris ana ℥vj. Infund. & decoque in ℔xvj. aq. fontanæ ad ℔ij. conſumpt. Colatura mittatur per manicam, dulcoretur pauco ſaccharo, & aromat. tantillo cinam. F. Bochetum. *Victus, & potus ordinarius.*

Sacculus ſeq. ſit ad *fricandum caput* mane ante aſſumptionem decocti, quod bibendum erit horâ vij. præciſè. ℞ raſur. lign. ſancti ℥iij. raſur. lign. junip. & rhod. ana ℥ij. rad. cyperi, calam. aromat. ana ℥jſs. zedoar. galang. ana ℥j. caryophyll. ℥ſs. fol. ſicc. ſalv. roriſmar. lauri ana m. j. flor. ſtœchad. utriuſq; ana p. iij. flor. lavend. p. ij. oſſ. bubul. ad albed. calcinat. ℥iiij. F. pulvis craſſiuſculus, quo repleantur ſacculi ex tela rara ad frictionem uſurpandam per hor. dimid. donec pars incaluerit. *Sacculus ad fricandum caput.*

Poſt quartum ſudorum diem & octavam decocti doſin *repetantur pilulæ purgantes* ſuprà præſcriptæ, dein *iterentur* 4. *ſudorum* dies, ſed decocto *Repetitio pil. & decoct. ſudorif.*

decocto matutino addatur infusio ℥ſſ. fol. senn. seorsim facta in vino Rhenano. Postea iteretur pilularum dosis, ac tandem 4. sudorum dies sine cathartico.

Oleum ad aures. Toto istorum remediorum decursu *aures* occlusæ serventur bombace imbuto sequenti mixturâ. ℞ balsam. Peruv. ℥j. petrolei ℥ſſ. olei spicæ ℈ſſ. olei anisi gutt. xv. mſ. Exprimatur leviter bombax ante immissionem.

Turundæ. Vel *turundæ* fiant. ℞ gumm. elemi ℥j. castor. ℈j. pulv. subtil. florum lavend. ℈ſſ. caryophyllorum gr. vij. zibet. gr. iiij. balsam. gutt. ij. vel iij. mſ. f. veluti pasta emplastri, ex qua form. turundæ syndone obvolvendæ, & optimo vini spiritu madefactæ indendæ auribus.

Troch. pro suffitu cubiculi. F. *suffitus* cubiculi bis, ter quatérve in die cum istis *trochiscis*. ℞ lign. junip. ℥ij. lign. rhod. santali citrini ana ℥ſſ. gumm. guaiac. ℥iij. ladani ℥vj. styrac. calam. benzoin. ana ℥iijſſ. sem. coriand. caryophyll. ana ℥jſſ. cortic. citr. ℥ijſſ. F. pulv. subtil. excipiend. s. q. balsami Peruv. pro *trochiscis*.

Suffitus aurium. ℞ rad. cyclam. ℥j. rad. elleb. alb. ℥ſſ. pulp. colocynth. ℥iij. fol. serpyll. rutæ, puleg. rorismar. lauri ana m. j. calamenth. origan. ana m. jſſ. F. decoctio vase clauso in acet. aq. & vino. Calidæ decoctioni imponatur infundibulum, & immissis per vices silicibus candentibus per laterale ollæ foramen excitetur vapor excipiendus in aurem mane jejuno ventriculo.

Post istud suffumigium utilia erunt *masticatoria*, ut viz. pituita liquata, per foramen ab aure

aure in palatum pervium attrahatur & evacuetur.

Vel excipiatur in aurem *fumus caryophyllorum* per infundibulum, unde fiet ut multa aqua per nares manet. Poſt ſuffitum auris obturetur bombace, & dum excipitur, totum caput circumdetur linteo.

Sacculi item ſeqq. *auribus* admoveri poſſunt. ℞ pimpinell. m. ij. ſalviæ, chamæmeli ana m.j. Ponantur in 2 ſacculis magnitudinis palmæ manûs. Bulliant in aqua & vino, & calidè viciſſim applicato poſt expreſſionem: tandem linteo ſiccato. Pòſt ℞ ſuccum rutæ & menthæ, & tepidè inſtilla auri. Atq; hæc fiant bis in die. *Sacculi auribus admovendi.*

Videndum inprimis ne ea quæ induntur auri craſſamentum relinquant.

Proinde ſæpe aures, ipſáq; tympani membrana turundâ oblongâ & tomentosâ cum optimo vini ſp. debent elui.

Satìs generoſa ſunt externa remedia præſcripta, quorum minor erit neceſſitas ſi interna ſolidè operentur.

FINIS.

Libri Medici Londini Impreſſi, ſumptibus Sam. Smith *&* Benj. Walford *Regiæ Societatis Typograph. ad Inſignia Principis in Cœmeterio* D. Pauli.

JO. *Raij* Hiſtoria Plantarum, de Plantis in genere, earúmq; partibus, accidentibus, & differentijs, &c. vires etiam & uſus recepti, compendio trad. folio, 2 vol. 1693.

Jo. Raij Synopſis methodica ſtirpium Britannicarum, in qua tum notæ generum characteriſticæ traduntur, tum ſpecies ſingulæ breviter deſcribuntur: Editio ſecunda multò auctior & emendat. 8° 1695.

Jo. Raij Synopſis methodica Animalium quadrupedum & Serpent. generis, vulgarium notas characteriſticas, Rariorum Deſcriptiones integras exhibens, cum Hiſtorijs & Obſervationibus Anatomicis, perquam curioſis, &c. 8° 1693.

Jo. Raij Stirpium Europæarum extra Britannias naſcentium Sylloge: adjiciuntur Catalogi rariorum Alpinarum & Pyrænaicarum, Baldenſium, Hiſpanicarum Griſlei, Græcarum, aliíq; ab eodem. 8° 1694.

Theod. de Mayerne Equit. Aurat. &c. Praxeos in morbis internis, præcipuè gravioribus & chronicis Syntagma ex adverſarijs, Concilijs & Epiſtolis ejus ſummâ curâ ac diligentiâ concinnatum. 8° 1690. *Rich.*

Rich. Morton Phthiſiologia ſeu Exercitationes de Phthiſi tribus libris comprehenſæ, totúmq; opus varijs Hiſtorijs illuſtratum. 8° 1689.

Rich. Morton Pyretologia ſeu Exercitationes de morbis univerſalibus acutis. 8° 1692.

Rich. Morton Pyretologia pars altera, ſive Exercitatio de Febribus inflammatorijs, univerſalibus, de Variolis, &c. 8° 1694.

Gualt. Harris de morbis acutis Infantum. 8° 1689.

Car. Leigh Phthiſiologia Lancaſtrienſis, cui acceſſit tentamen philoſophicum de mineralibus aquis in eodem Comitatu obſervatis. 8° 1694.

Guil. Cole novæ Hypotheſeos ad explicanda Febrium intermittentium ſymptomata, & Typos excogitatæ Hypotypoſis. 8° 1693.

Clop. Haver's Oſteologia Nova, or ſome new Obſervations of the Bones, *&c.* 1. Of the ſtructure of the Bones. 2. Of Accretion and Nutrition of the Rickets and Venereal Nodes. 3. Of the Marrow. 4. Of the mucilaginous Glands or the Cauſes of a Rheumatiſm and the Gout. 5. Of the Cartilages, *&c.* Illuſtrated with Cuts. 8° 1691.

Hen. Ridley's Anatomy of the Brain, containing its Mechaniſm and Phyſiology, and an Account of Animal Functions and muſcular Motions, illuſtrated with Sculptures after the life. 8° 1695.

Will. Cowper's Myotomia Reformata, or a New Adminiſtrat. of all the Muſcles of Humane Bodies, wherein the true Uſes of the Muſcles

Muſcles are explained, ſeveral Muſcles not hitherto taken notice of, deſcribed, illuſtrated with Figures after the life. 8° 1694.

A Collection of choice Remedies for the moſt part ſimple and eaſily prepared *per R. Boyle.* 12° 3 vol. 1693.

Martini Liſter ſex Exercitationes medicinales de quibuſdam morbis chronicis: quarum prima eſt de Hydrope, ſecunda de Diabete, tertia de Hydrophobia, quarta de Lue Venerea, quinta de Scorbuto, ſexta de Arthritide. 8° 1694.

Mart. Liſter Exercitatio Anatomica, in qua de Cochleis maximè terreſtribus & Limacibus agitur, omnium diſſectiones Tabulis æneis, ad ipſas res affabrè inciſis illuſtrantur. 8° 1694.

Mart. Liſter Exercitatio Anatomica altera, in qua maximè agitur de Buccinis fluviatilibus & marinis: his accedit exercitatio medicinalis de Variolis. 8° 1694.

Pharmacopœia Bateana: Editio ſecunda, priori locuplet. cum viribus ac doſibus annexis. Huic acceſſerunt arcana Goddardiana, &c. Cura *J. Shipton.* 12° 1691.

Proceſſus Integri in morbis ferè omnibus curandis, à *Tho. Sydenham* conſcripti, quibus acceſſit graphica ſymptomatum delineatio, unà cum quamplurimis obſervatu dignis: nec non de Phthiſi Tractatulo nunquam antehac edito. 12° 1695.

Bates's Diſpenſatory tranſlated from the ſecond Edition of the Latin Copy, to which are added *Goddard*'s Drops, *Ruſſel*'s powder, and the

the *Emplaſtrum febrifugum*, as alſo ſeveral other preparations from the *Collectanea Chymica* and other good Authors, *per Will. Salmon.* 8° 1694.

Tractatus de Salis Cathartici Amari in aquis Ebeſhamenſibus & hujuſmodi alijs contenti natura & uſu, Authore *Nehemia Grew.* 12° 1695.

Doctor *Sydenham*'s Practice of Phyſick, the Signs, Symptoms, Cauſes and Cures of Diſeaſes, his Diſcourſes of Gouts, Conſumptions, *&c.* never before publiſhed, tranſlated *per Will. Salmon.* 12° 1695.

David Abercromby, tuta ac efficax Luis Venereæ ſæpe abſq; Mercurio, ac ſemper abſq; ſalivatione mercuriali curandi methodus. 8° 1684.

Dav. Abercromby de Variatione ac varietate Pulsûs Obſervationes. 8° 1684.

Boyle's Reconcileableneſs of ſpecifick Medicines. 8° 1685.

——Experiments about the poroſity of Bodies. 8° 1684.

——Memoirs for a Natural Hiſtory of Mineral Waters. 8° 1685.

——Memoirs for a Natural Hiſtory of Humane Blood. 8° 1684.

The Philoſophical Tranſactions of the Royal Society, giving ſome Account of the preſent Undertakings, Studies and Labours of the Ingenious in many conſiderable parts of the World: begun by *Henry Oldenburg*, *An.* 1665. and continued to this preſent year 1695. by Dr. *Plot*, Dr. *Hook*, Mr. *Haley*, *Rich. Waller*, Eſq; &c.

Acta Eruditorum Lipsiæ begun *An.* 1682. publisht monthly, and continued on to this present year 1695. where any Gentleman may have compleat Years or single Months. 4°.

Pharmacologia seu Manuductio ad Materiam Medicam, in qua medicamenta officinalia simplicia, hoc est, Mineralia, vegetabilia, animalia, earúmq; partes in medicina, officinis usitata, in methodum naturalem digesta, succinctè & accuratè describuntur à *Sam. Dale.* 12° 1693.

A Treatise of Consumptions, wherein the difference, nature, causes, signs, and cure of all sorts of Consumptions are explained, illustrated by particular Causes and Observations, with a compleat Table of the most remarkable things, by *Rich. Morton*, M. D. in 8° 1694.

Finis Catalogi.